Omnia autē que arguūtur: a lu-
 mine manifestantur **O**mne enī
 quod manifestatur: lumen est
Proter quod dicit **S**urge qui dor-
 mis. et exurge a mortuis: et illu-
 minabit tibi xp̄us **V**idete itaq;
 fratres. quomodo caute ambule

tas? nō quasi insipientes. sed
ut sapientes: redimentes temp?
qm̄ dies mali sunt. **P**terea no
lite fieri imprudentes: sed intelli
gentes que sit voluntas dei. **E**t
nolite inebriari vino in quo est
luxuria: sed impleamini spiritu lo
quentes vobismetipsis in psal
mis et ymnis et canticis spiri
talibus cantantes et psallētes
in cordibz vris dño. **G**racias age
tes semp pro omibz in noīe dñi
nri ihu xp̄i deo et patri. **S**ubiecti
iuvem in timore xp̄i. **M**ulieres
vris suis subdite sunt sicut dño?
qm̄ vir caput est mulieris sicut
xp̄us caput est ecclesie: ipse salva
tor corporis eius. **S**ed sicut eccle
sia subiecta est xp̄o: ita et muli
eres vris suis in omibz. **V**iri di
ligite uxores vras sicut et xp̄us
dilexit ecclesiam. et seipm̄ tradi
dit pro ea ut illā sanctificaret
mūdans lauacro aque i verbo
vite: ut exhiberet ipse sibi glori
osam ecclesiā nō habentē maculā
neq; rugam. aut aliquid eius
modi: sed ut sit sancta et ima
culata. **I**ta et viri debent dilige
uxores suas ut corpora sua. **Q**ui
suam uxorem diligit: seipm̄ dili
git. **N**emo enī vniqm̄ carnē suā
odio habuit: sed nutrit et fouet
eam sicut et xp̄us ecclesiam: q̄a
mēbra sum⁹ corporis eius. de car
ne eius et de ossibus eius. **P**ter
hoc relinquet homo prēm et ma
trem suam et adheret uxori sue:
et erunt duo in carne vna. **S**a
cramentū hoc magnū est. **E**go

autē dico. in xp̄o et in ecclesia.
Decumptamen et vos singuli
vnusquisq; suam uxorem. sicut
seipm̄ diligit. **U**xor autē time
at virum suū. **vi.**

Hij obedite parentibz
vris in dño. **H**oc enim
iustū est. **H**onora pa
trem tuū et matrem. quod est p
mū mandatū in promissione:
ut bene sit tibi et sis longeuus
sup terram. **E**t patres nolite
ad iracundiam puocare filios
vros: sed educate illos in disa
plina et in correptione domini.
Serui obedite dñis carnalibz
cū timore et tremore in simpli
citate cordis vr̄. sicut xp̄o? nō
ad oculū seruientes quasi homi
nibz placentes: sed ut serui xp̄i
facientes voluntatē dei ex ani
mo. cū bona voluntate. seruientes
sicut dño et nō hominibz. **S**cientes
qm̄ vnusquisq; quodcūq; fecerit
bonū. hoc pariet a dño. siue ser
uus siue liber. **E**t vos dñi eadem
facite illis. remittentes minas?
scientes quia et illorū et vester do
min⁹ est in celis: et psonarū ac
ceptio nō est apud deum. **D**e ce
tero fratres confortamini in dño:
et in potētia virtutis eius. **I**n
duite vos armaturam dei: ut pos
sitis stare aduersus insidias dya
boli. **Q**uia nō est nobis collucta
tio aduersus carnē et sanguinē:
sed aduersus principes et potesta
tes. aduersus mūdi rectores tene
brarū harū. contra spiritualia ne
quicie in celestibz. **P**terea accipite

armaturam dei: ut possitis resistere in die malo. et in omnibus profecti stare. Stare ergo succincti lumbos vestros in veritate: et induiti loriceam iusticie. et calciaati pedes in preparatione euangelii pacis. In omnibus sumentes scutum fidei: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite: et gladium spiritus quod est verbum dei. Per omnem orationem et obsecrationem. orantes omni tempore. in spiritu. et in ipso vigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis et pro me: ut detur michi sermo in apertione oris mei. cum fiducia notum facere mysterium euangelii. pro quo legatione fungor in cithena. ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui. Ut autem et vos sciatis que circa me sunt. quid agam. omnia nota vobis faciet tyticus carissimus frater et fidelis minister in domino. quem misi ad vos in hoc ipso. ut cognoscatis que circa nos sunt. et consolentur corda vestra. Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino ihesu christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum ihesum christum. in incorruptione amen. *Explicit eplā ad ephesios. Incipit argumentū. in eplā ad philippenses.*

Philippenses sunt macedones. Hi accepto verbo veritatis persistenter in fide: nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat apostolus: scribens eis

a roma de carcere per epafroditum *Explicit argumentū. Incipit epistola ad philippenses.*

Aulus et timotheus serui ihesu christi: omnibus sanctis in christo ihesu qui sunt philippis cum episcopis et diaconibus. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Gracias ago deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis. cum gaudio deprecationem faciens super communicationem vestram. in euangelio christi a prima die usque nunc: confidens hoc ipsum. quia qui cepit in vobis opus bonum proficiet usque in diem christi ihesu. Sicut est michi iustum hoc sentire pro omnibus vobis. eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis et in defensione et confirmatione euangelii. socios gaudii mei omnes vos esse. Testis enim michi est deus: quomodo cupiam vos omnes in visceribus ihesu christi. Et hoc oro. ut caritas vestra magis ac magis habundet in scientia. et in omni sensu: ut probetis potentiora ut sitis sinceres et sine offensa in diem christi. repleti fructu iusticie per ihesum christum in gloriam et laudem dei. Scire autem vos volo fratres. quia que circa me sunt magis ad perfectum venerunt euangelii: ita ut vincula mea manifesta fierent in christo in omni pretorio. et in ceteris o-

nibz: ut plures e fratribz in dño
 confidentes in vinculis meis. ha
 bundantius auderent siue timo
 re verbū dei loqui. Quidam qui
 dem et ppter iuidiam et contena
 onem. quidam autē et ppter bonā
 voluntatē xp̄m predicant: quidā
 ex caritate. scientes qm̄ in defensi
 onem euangelij positus sū. Qui
 dam autē ex contencione xp̄m
 annūciant. nō sincere: existimā
 tes se suscitare pressurā vinculis
 meis. Quid enim? dū om̄i modo.
 siue per occasionē siue per verita
 tem xp̄s annūciatur. Et ihoc
 gaudeo: sed et gaudebo. Sāo enī
 quia hoc michi proueniet in
 salutem per vram oracionem et
 subministracionē spiritus ihesu
 xp̄i: scdm̄ expectationē et spem
 meam. quia in nullo cōfundar:
 sed in omni fiducia sicut semp
 et nūc magnificabitur xp̄s in
 corpore meo. siue per vitam siue
 per mortem. Nichi enī viuere
 xp̄s est: et mori lucrū. Qd̄ si
 viuere in carne hic michi fruc
 tus operis est: et quid eligitur
 ignoro. Coartor autē e duobus:
 desiderū habens. dissolui et cū
 xp̄o esse. multo magis melius:
 pmanere autē in carne necessari
 um est ppter vos. Et hoc cōfidens
 scio quia manebo et pmanebo o
 nibz vobis ad pfectū vrm̄. et gau
 diū fidei: ut gratulacio v̄ra habū
 det in xp̄o ihesu in me. per meum
 aduentū iterū ad vos. Tantū dig
 ne euangelio xp̄i conūsamini:
 ut siue cū venero et videro vos.

siue absens audiam de vobis.
 quia statis in vno spiritu vna
 nimes. collaborantes fidei euange
 lij: et in nullo terreamini ab ad
 uersariis. que est illis causa p̄di
 cionis. vobis autē salutis. Et hoc
 a deo: quia vobis donatū est
 pro xp̄o nō solū ut in eū creda
 tis: sed ut etiam pro illo p̄aa
 mini. idem certamen habentes
 quale et vidistis in me. et nūc
 audistis de me. ¶

Iqua ergo consolacio
 in xp̄o. si quod solaciū
 caritatis. si qua societās
 spiritus. si qua viscera misericordie
 nis: implere gaudiū meū ut idem
 sapiatis. eandem caritatē habētes.
 vnanimes idipm̄ sentientes. Nich
 il per contencionē neq; per ianem
 gloriā: sed in hūilitate superiore
 sibi iuicem arbitantes. Non que
 sua sunt singuli considerantes: s
 ea que aliorū. Hoc enī sentite in
 vobis: quod et in xp̄o ihu. Qui
 cū in forma dei esset. nō rapinā
 arbitratus est esse se equalem de
 o: sed semetipm̄ exinaniuit for
 miam serui accipiens. in simili
 tudinē hominū factus. et habi
 tu iuentus ut homo. Humilia
 uit semetipm̄ factus obediens
 usq; ad mortem: mortē autē cru
 cis. Propter quod et deus illū exal
 tauit. et donauit illi nomē qd̄
 est sup̄ omne nomen: ut in no
 mine ihesu omne genu flectat:
 celestū terrestriū et infernorū.
 Et omnis lingua confiteatur:
 quia dñs ihus xp̄s in gloria ē

dei patris Itaque karissimi mei si-
 cut semper obedistis non ut in pre-
 sentia mei tantum: sed multo ma-
 gis nunc in absentia mea. cum metu
 et tremore vestram salutem operanti
Deus est enim qui operatur in vobis
 et velle et perficere: pro bona volun-
 tate Omnia autem facite sine
 murmurationibus et hesitationibus:
 ut sitis sine querela et simplices
 filii dei. sine reprehensione. in me-
 dio nationis prave et perverse. in-
 ter quos lucetis sicut luminaria
 in mundo. verbum vite continentes
 ad gloriam meam in die christi: quia
 non in vacuum curavi. neque in va-
 cuum laboravi Sed et si in moler su-
 per sacrificium et obsequium fidei vestre.
 gaudeo et congratulor omnibus vobis
Idem autem et vos gaudeat: et con-
 gratulamini michi. Spero autem in
 domino ihesu thymotheum cito me mittere
 ad vos: ut et ego bono animo
 sim. cognitis que circa vos sunt
Neminem enim habeo tam unani-
 mem: qui sincera affectione pro
 vobis sollicitus sit Omnes enim
 sua querunt: non que sunt christi ihesu
Experimentum autem eius cognos-
 cite: quoniam sicut patri filius meum
 servavit in euangelio Hunc igitur
 spero me mittere ad vos:
 mox ut videro que circa me sunt
Confido autem in domino: quoniam et ipse
 veniam ad vos cito **N**ecessarium
 autem existimaui epafroditum fra-
 trem et cooperatorem et comilito-
 nem meum. vestram autem apostolum.
 et ministrum necessitatis mee mit-
 tere ad vos: quoniam quidem omnes vos

desiderabat et tristis erat. propterea
 a quod audieratis illum infirma-
 tum Nam et infirmatus est usque
 ad mortem: sed deus misertus est
 eius Non solum autem eius: verum
 et mei: ne tristitiam super
 tristitiam habeam festinans
 ergo misi illum: ut viso eo iterum gau-
 deatis et ego sine tristitia sim **E**x-
 cipite itaque illum cum omni gaudio
 in domino: et eiusmodi cum honore ha-
 betote: quoniam propter opus christi usque ad
 mortem accessit: tradens animam
 suam. ut impleret id quod ex vo-
 bis deerat erga meum obsequium.
De cetero fratres **iiij.**
O mei. gaudeat in domino
 Eadem vobis scribere mi-
 chi quidem non pigrum: vobis autem
 necessarium Videte canes: videte
 malos operarios: videte concisionem
Nos enim sumus arcanus qui spiritu
 dei servimus: et gloriamur in christo
 ihesu. et non in carne fiduciam ha-
 bentes: quoniam ego habeam con-
 fidenciam in carne **S**i quis alius
 videtur confidere in carne. ego ma-
 gis arcanaus octava die ex gene-
 israhel de tribu beniamin. hebreus ex
 hebreis. secundum legem phariseus. se-
 cundum emulacionem persequens eccle-
 siam dei. secundum iustitiam que in le-
 ge est. convulsus sine querela Sed
 que michi fuerunt luara: hec ar-
 bitratus sum propter christum detrimenta
Detrimentum existimo omnia de-
 trimentum esse propter eminentem scien-
 tiam ihesu christi domini mei: propter quem
 omnia detrimentum feci. et arbitror
 ut stercora. ut christum lucrificam.

et inueniar in illo nō habens me-
am iusticiam que ex lege est. s̄
illam que ex fide est xp̄i. que ex de-
o est iusticia in fide. ad cognoscen-
dū illū. et virtutem resurrectionis
eius. et societatem passionis illi.
configuratus morti eius. si quo-
modo occurrā ad resurrectionē
que est ex mortuis: nō quod iam
acceperim. aut iam p̄fectus sum
Sequor autē: si comprehendam
in quo et cōphensus sū a xp̄o
ih̄u fratres ego me nō arbitror
comphendisse. Unū autē que qui-
dem retro sunt obliuiscens. ad ea
vero que sunt priora extendens
meip̄m: ad destinatū p̄sequor ad
brauiū sup̄ne uocacionis dei in
xp̄o ih̄u. Quicūq; ergo p̄fecti su-
mus: hoc sentiam. Et si quid ali-
ter sapitis: et hoc uobis deus re-
uelauit. Verūptamen ad quod
puenim. idem sapiamus. et ī
eadem p̄maneamus regula. Imit-
tatores mei estote fratres: et obser-
uate eos qui ita ambulant sicut
habent formam nostrā. Multi
enī ambulant quos sepe dicebā
uobis: nūc autē et flens dico in-
imicos cruas xp̄i: quorū finis ī-
teritus. quorū deus uenter est. et
gloria in confusione ipsorū qui ter-
rena sapiunt. Nostra autē conū-
sacio in celis est. Unde etiā salua-
torem expectam. dñm ih̄m xp̄m:
qui reformabit corpus humili-
tatis nostre configuratū corpori
claritatis sue. secundū operacio-
nem qua possit etiam subicere
sibi omnia. iii

Itaq; fratres mei karissi-
mi et desiderantissimi.
gaudiū meū et corona
mea: sic stete in dño karissimi.
Euchodiam rogo et synthuen de-
precor idip̄m sapere in dño. Etiā
rogo et te germane compar: ad-
iua illas que meū laborauerūt
in euangelio cū demente et ceteris
adiutorib; meis: quorū nomina
sunt in libro uite. Gaudete in dō-
mino semp: iterū dico gaudet e-
modestia uia nota sit om̄ib; ho-
minib;: dñs prope est. Nichil
sollitati sitis: sed in omni oracōe
et obsecratione cū gratiarū actio-
ne. petitiones uře innotescant apud
deum. Et pax dei que exsuperat
omnē sensum: custodiat corda
uā et intelligencias uās. ī xp̄o
ih̄u. De cetero fratres quecūq; s̄t
uera. quecūq; pudica. quecūq; ius-
ta. quecūq; sancta. quecūq; ama-
bilia. quecūq; bone fame. si qua
uirtus. si qua laus discipline: hec
cogitate que et didicistis et accepis-
tis et audistis et uidistis in me.
Hec agite: et deus pax erit uo-
bis. Gaudisus sum autē in dño
vehementer: qm̄ tandē aliquādo
refloruistis pro me sentire sicut
et sentiebatis. Occupati autem
eratis. Non quasi p̄pter penu-
riam dico. Ego enī didici in q̄bz
sum sufficiens esse. Scio et humili-
ari: scio et habundare. Ubicūq;
et in om̄ib; institutus sū: et saci-
ari et esurire. et habundare et pe-
nuriā pati. Omnia possum ī
eo qui me confortat. Verūptamenē

bene fecistis comunicantes tribu-
lacioni mee Satis autem et vos
philippenses. qd in principio euā-
gelij quando pfectus sum a ma-
cedonia. nulla michi ecclesia cō-
municauit in ratione dati et
accepti. nisi vos soli: quia et thes-
salonicam semel et bis in usum
michi misistis Non quia quero
datū: sed requiro fructū habun-
dantē in ratione v̄ra Habeo at-
onīa et habundo Repletus sū
acceptis ab epafrodito. quē misis-
tis in odorem suauitatis. hostiā
acceptam et placentē deo Deus
autem meus impleat omne desi-
deriū v̄rū scdm diuitias suas in
gloria in xp̄o ih̄u Deo autē et p̄-
n̄ro gloria: in secula sc̄lorū amen
Salutate omnē sanctū in xp̄o ihe-
su Salutant vos qui meū sunt
fratres Salutant vos om̄es sc̄i:
maxime autē qui de cesaris domo
sunt Gracia dñi n̄ri ih̄u xp̄i cū
sp̄ritu v̄ro. amen.

**Explicit epla
ad philippenses. Inapit argu-
mentū in eplam ad colosenses.**

Colosenses et hi si-
cut laodicensēs sūt
asiam Et ip̄i p̄ue-
n̄ erant a pseudo a-
postolis Nec ad hos accessit ip̄e
apostolus: sed et hos p̄ epistolā
corrigit Audierūt enim verbū
ab archippo: qui et m̄steriū in
eos accepit Ergo apostolus iam
ligatus scribit eis ab epheso per
tytium dyaconem.

**Explicit
argumentum.
Inapit epistola ad colosenses.**

Aulus ap̄lus
xp̄i ih̄u per vo-
luntatem dei.
et thimotheus
frater: hijs qui
sunt colosis sc̄i-
tis et fidelibz fratribz in xp̄o ihesu
Gracia vobis et pax a deo patre
n̄ro Gracias agim̄ deo et patri
dñi n̄ri ih̄u xp̄i. semp pro vobis
orantes: audientes fidem v̄rā
in xp̄o ih̄u. et dilectionē quā habe-
tis in sanctos omnes. p̄t̄ sp̄m
que reposita est vobis in celis.
quā audistis in verbo veritatis
euangeliij. quod puenit ad vos
sicut et in vniuerso mūdo ē et
fructificat et crescit. sicut in vo-
bis ex ea qua die audistis et cog-
nouistis graciā dei in veritate:
sicut didicistis ab epafra caris-
simo conseruo n̄ro. qui est fide-
lis pro vobis minister xp̄i ih̄u:
qui etiā manifestauit nobis di-
lectionē v̄rā in sp̄u Ideo et
nos ex qua die audiuim̄: non
cessam̄ pro vobis orantes et
postulantes. ut impleam̄ ag-
nitione volūtatis eius in om̄i
sapientia et intellectu spiritali:
ut ambuletis digne deo. p̄ oīa
placentes. in omni ope bono
fructificantes. et crescentes in
sciencia dei: in omni virtute
confortati. scdm potentia dā-
tatis eius in omni paciencia
et longanimitate cum gaudi-
o: graciās agentes deo patri
qui dignos nos fecit in partē
sortis sanctorū in lumine: qui

eripuit nos de potestate tenebrarū. et transtulit in regnū filij dilectionis sue: in quo habemus redemptionē et remissionē peccatorū. qui est ymagō dei īuisibilis primogenitus omnis creature: quia in ipso condita sunt vniuersa in celis et in terra. visibilia et īuisibilia: siue throni siue dñaciones siue principatus siue potestates. Omnia per ipm et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes. et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesie: qui est principium primogenitus ex mortuis. ut sit in omnibus ipse primatū tenens: quia in ipso complacuit omnē plenitudinē inhabitare et per eū reconciliare omnia in ipm pacificans per sanguinem crucis eius siue que in celis. siue que in terris sunt. Et vos cū essetis aliquā alienati et īmua sensu in opibz malis: nūc autē reconciliati in corpore carnis eius p mortē exhibere vos sanctos et īmaculatos et irreprensibiles coram ipso: si tamen p maneatis in fide fundati. et stabiles et īmobiles a spe euangelij quod audistis. quod p̄dicatū est in vniūsa creatura que sub celo est: cui factus sū ego paulus minister. qui nūc gaudeo in passionibz pro vobis. et adimpleo ea q̄ desūt passionū xp̄i in carne mea p corpore eius quod ē ecclesia:

cuius factus sum ego minister scdm dispensacionem dei que data est michi in vobis. ut īpleam verbū dei. misterū qd absconditū fuit a seculis et generationibz: nūc autē manifestatū est sanctis eius. quibz voluit deus notis facere diuicias glorie sacramenti huius in gentibz quod est xp̄us in vobis spes glorie: que nos annūciamus corripientes omnē hominē. et docentes omnē hominē in omni sapientia. ut exhibeamus omnē hominē p̄fectū in xp̄o ihu: in quo et laboro certando scdm opacionē eius quā opatur in me in virtute

Uolo erū vos scire. **U** quale sollicitudinē habeam pro vobis et pro his qui sunt laodicee. et qui cūqz nō viderūt faciem meam in carne: ut consolentur corda ipsorū. instructi in caritate et in omnes diuicias plenitudinis intellectus in agnitionē misterij dei p̄is xp̄i ihu: in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Hoc autē dico: ut nemo vos deapiat in sublimitate sermonum. Nam et si corpore absens sum: sed spū vobiscū sum gaudens et videns ordinē v̄m. et firmamentū eius que in xp̄o est fidei v̄re. Sicut ergo accepistis xp̄m ih̄m dñm v̄m: in ipso ambulare radicati et supedificati in ipso et confirmati fide.

sicut et didicistis. habundantes in illo in gratiarum actione. **V**idete ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam. secundum traditionem hominum. secundum elementa mundi et non secundum christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter: et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus et potestatis: in quo et cruciati estis cruciacione non manufacta. in expoliacione corporis carnis. sed in cruciacione christi. consepulti ei in baptismo: in quo et resurrexistis per fidem operationis dei. qui suscitavit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis et imputatio carnis vestre. communicavit cum illo. donans vobis omnia delicta: delens quod adversum nos erat cyrographum decreti quod erat contrarium nobis: et ipsum tulit de medio affigens illud cruce: expolians principatus et potestates tradidit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu. aut in parte diei festi aut neomenie. aut sabbatorum: que sunt umbra futurorum. corpus autem christi. Nemo vos seducat. volens in humilitate et religione angelorum. que non vidit ambulans frustra inflatus sensu carnis sue: et non tenens caput ex quo totum corpus per nervus et coniunctiones subministratum

et constructum crescat in augmentum dei. **S**i mortui estis cum christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tamquam viventes in mundo decernitis. Ne tetigeritis neque gustaveritis. neque contrectaveritis: que sunt omnia in iterum ipso usu secundum precepta et doctrinas hominum: que sunt ratione quidem habentia sapientiae. in superbia et inutilitate. et ad non parcendum corpori: non in honore aliquo ad saturitatem. **S**icut **III.** **I** carnis si consurrexistis cum christo: que sursum sunt querite. ubi christus est in dextera dei sedes. **Q**ue sursum sunt sapere: non que super terram. **M**ortui enim estis. et vita vestra abscondita est cum christo in deo. **C**um enim christus apparuerit vitam vestram: tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. **M**ortificat ergo membra vestra que sunt super terram: fornicacionem immunditiam. libidinem. concupiscentiam malam. et avaritiam que est dolorum servitus. **P**roter que venit ira dei super filios incredulitatis: in quibus et vos ambulastis aliquando cum viveretis in illis. **N**unc autem deponite et vos omnia: iram. indignacionem. malitiam. blasphemiam. turpem sermonem de ore vestro. **N**olite mentiri invicem: expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis: et induentes novum eum qui renouatur in agnacione secundum ymaginem eius qui creavit eum. **O**bi non est

gentili
propria
uis et
nibus
nir el
rem ni
humili
om: su
nantes
adusu
sicut
et voc
ritate
lu p
ter in
votum
grati
in vo
sapien
tes vo
ymuie
grana
uis de
tis in
ma in
nre. gr
per ip
toti vi
Dm de
aman
re par
cum p
tes. no
uorue
sillo a
dite p
no ad
homi
plura
Quo

gentilis et iudeus. artūcio et
preputiū. barbarus et facti ser-
uus et liber: sed omnia et in o-
nibus xpūs Induite vos ergo si-
cut electi dei sancti et dilecti vis-
cera misericordie. benignitatis.
humilitatem modestiam. pacien-
tiam: supportantes invicem. et do-
nantes vobismetipsis Si quis
adversus aliquem habet querelam:
sicut et dñs donavit vobis. ita
et vos Sup omnia autē her car-
itatem habete quod est vincu-
lū perfectionis Et pax xpī erul-
tet in cordibus vestris. in qua et
vocati estis in vno corpore: et
grati estote Verbū xpī habitet
in vobis habundanter. in omni
sapientia docentes et cōmonen-
tes vobismetipsos: in psalmis et
ymnis et canticis spiritualibus. i
gratia cantantes in cordibus
vris deo Omne quodcūq; faci-
tis in verbo aut in opere: om-
nia in noīe dñi nrī ihu xpī fa-
cite. gratias agentes deo et pā-
per ipm Mulieres subdite es-
tote viris: sicut oportet in dño
Viri diligite uxores: et nolite
amari esse ad illas filij obedi-
te parentibus per omnia Hoc
enim placitū est in dño Pa-
tres. nolite ad indignationē p-
vocare filios vros: ut non pu-
sillo animo fiant Serui obe-
dite per omnia dñs carnalibus:
nō ad oculū servientes quasi
homībus placentes: sed in sim-
plicitate cordis timentes dñm
Quodcūq; facitis ex animo

operamū sicut dño et nō homībus:
facientes qd a dño accipiens re-
tribuaonē hereditatis Domino
xpō servite Qui enī iuriam
faciat: recipiet id quod iniq; gessit
Et nō est psonarū acceptio apud

Omnium **iii** **I**dem
quod iustum est et equū
servus prestare: scietes
quoniam et vos dñm habetis
in celo Orationi instate: vigi-
lantes in ea in gratiarū actione
Orantes simul et pro nobis:
ut deus aperiat nobis ostiū ser-
monis ad loquendū misterū
xpī: ppter quod eam vinctus
sum. ut manifestem illud. ita
ut oportet me loqui In sapē-
tia ambulate ad eos qui foris
sunt: tempus redimentes Ser-
mo vester semp in gratia sale
sit conditus: ut sciatis quomō
oporteat vos vnicūq; responde-
re Que carta me sunt omnia vobis
nota faciet tyticus carissim⁹ fra-
ter et fidelis mīster. et conseruus
in dño: quē misi ad vos ad hoc
ipm. ut cognoscat que carta vos
sunt. et consolentur corda vĩa
cū oncsimo karissimo et fideli
fratre qui est ex vobis: qui om-
nia que hic agūtur nota faciet
vobis Salutāt vos aristarcus
concaptivus meus: et marcus
consobrinus barnabe. de quo
accepistis mandata: si venerit
ad vos exapite illū: et ihesus q
diatur iustus. qui sunt ex artū-
cione Hi soli sunt adiutores
mei in regno dei: qui michi fu-

erunt solacio Salutem vos epa
frans qui ex vobis est seruus xpi
ihu: semp sollicitus pro vobis
in oracionibz. ut stentis pfecti et
pleni in omni voluntate dei Tes
timoniū enī illi phibeo qd ha
bet multū laborem pro vobis
et pro hys qui sunt laodice. et
qui ierapoli Salutem vos lucas
medicus karissim⁹: et demas
Salutate frēs qui sunt laodice:
et nympham. et que in domo
eius est ecclesiam Et cū lecta fu
erit apud vos epistola: faciat e
ut et in laodicensiū ecclesia lega
tur: et ea que laodicensiū est vo
bis legatur Et dicite archippo
Vide mīsteriū quod accepisti in
dño: ut illud impleas Saluta
tio mea manu pauli Mem
ores estote vinculoꝝ meoꝝ Gra
tia dñi ihesu vobiscū amen.

*Explicit epla ad colosens. Ina
pit argumētū i eplaz ad thessalo*

Thessalo nūcē pma.
Thessaloneses sunt mace
dones Qui accep
to verbo veritatis
pstituerunt in fide: eam in p
secutione civiū suozū Pretere
a nec receperunt falsos aposto
los: nec ea que a falsis aposto
lis dicebantur Hos collaudat
apostolus: scribens eis ab a
thenis. per tytaū et onesimū.
Explicit argumentum.

*Inapit epistola ad thessaloni
censes puma.*

Ad

D

Aulus et silua
nus et thymo
theus: ecclesie
thessalonicensi
um. in deo pte
et dño ihu xpo

Gracia vobis et pax Gracia
agimus deo semp pro omībus
vobis. mēōriam vestri facientes
in orōnibz nostris sine intermis
sione: memores operis fidei v̄re.
et laboris et caritatis et sustinē
cie spei dñi n̄ri ihu xpi. ante deū
et p̄rem n̄m Scentes frēs dilec
ti a deo electionē v̄ram: quia eu
angelīū n̄m nō fuit ad vos in
sermone tantū. sed et in virtute
et in spū sancto et in plenitudi
ne multa: sicut satis quales fu
erim⁹ in vobis ppter vos Et vos
imitatores n̄ri facti estis et dñi
exipientes verbū in tribulac
ione multa cū gaudio spūs s̄a:
ita ut facti sitis forma omībus
credentibz in macedonia et in
achaja **N** vobis enī diffamat⁹
est sermo dñi nō solū in mace
donia et in achaja: sed in o
ni loco fides v̄ra que ē ad deū
pfecta est: ita ut nō sit nobis
necesse quicq̄ loqui Ipsi enī de
nobis annūciant qualem in
troitum habuerimus ad vos:
et quomodo conuersi estis ad
deum a simulacris seruire
deo viuo et vero. et expectare
filīū eius de celis quem suscita
uit ex mortuis ihesum. qui
eripuit nos ab ira ventura.
Secundū capitulum.

N
sed ante
affecti s̄a
fiduciam
loqui ad
in multa
magis enī
de imū
sicut pro
dicitur
quomodo
placuit
corda
fuit
sicut sa
auaria
rentes a
a vobis
mus one
apli. sed
in medio
foueat
res vos
re vobis
dei. sed
qm̄ h̄m
mores enī
et frangit
operantes
uarem
euangelii
et deus. q̄
ne quere
tis sumu
vniquem
filios suo
consolam
ut ambul

Nam ipsi satis fratres
 introitū nostrū ad vo-
 quia non iam fuit:
 sed ante passi et contumelias
 affecti sicut satis in philippi.
 fiducia habuim⁹ in deo nō
 loqui ad vos euangeliū dei.
 in multa sollicitudine Exhor-
 tatio enī nr̄a nō de errore neq;
 de imūditia. neq; in dolo: sed
 sicut probati sum⁹ a deo ut cre-
 deretur nobis euangeliū ita lo-
 quimur: nō quasi hominibus
 placentes. sed deo qui probat
 corda nr̄a. Neq; enī aliquādo
 fuim⁹ in sermone adulatiois
 sicut satis: neq; in occasione
 auaricie. deus testis est: neq; q̄-
 rentes ab hominibus gloriā. neq;
 a vobis neq; ab alijs. cū posse-
 mus oneri vobis esse ut xp̄i
 apli: sed facti sumus paruuli
 in medio vr̄m. Tanq̄ si nutrix
 foueat filios suos. ita desiderā-
 tes vos cupide. volebam⁹ trade-
 re vobis. nō solū euangeliū
 dei. sed etiā animas nostras:
 qm̄ km̄i nobis facti estis. Re-
 mores enī estis laboris nostri
 et fatigationis: nocte et die
 operantes. ne quem vr̄m gra-
 uarem⁹. Predicauim⁹ in vob
 euangeliū dei. Vos testes estis
 et deus. q̄ sancte et iuste et si-
 ne querela vobis qui credidistis
 fuimus: sicut satis qualiter
 vnūquemq; vr̄m tanq̄ pater
 filios suos deprecantes vos et
 consolantes testificati sum⁹:
 ut ambularetis digne deo. qui

vocauit vos in suū regnū et glo-
 riam. Ideo et nos gr̄cias agi-
 mus deo sine intermissione: qm̄
 cū accepissetis a nobis verbum
 auditus dei: accepistis illud nō
 ut verbū homin. sed sicut est ve-
 re verbū dei. qui opatur in vob
 qui credidistis. Vos enī imitato-
 res facti estis fratres ecclesiarū
 dei que sunt in iudea in xp̄o
 ihu: quia eadem passi estis et
 vos a contribulib; vr̄is. sicut
 et ipsi a iudeis qui et dñm occi-
 derunt ihm et pphetas et nos
 psecuti sunt. et deo nō placent.
 et omib; hominib; aduersantur:
 phibentes nos gentib; loqui
 ut salue fiant: ut impleant
 peccata sua semp. Peruenit etiā
 ira dei sup illos usq; in finem.
 Nos autem fratres desolati a
 vobis ad tempus. ore. aspectu.
 nō corde. habundantius festi-
 nauim⁹ faciem vr̄am videre
 cū multo desiderio: qm̄ volui-
 mus venire ad vos. ego quidē
 paulus semel et iter: sed impe-
 diuit nos sathanas. Que est
 enī nostra spes aut gaudium
 aut corona glorie. Nōne vos
 ante dñm nr̄m ihm xp̄m es-
 tis in aduentu eius. Vos enī
 estis gloria nr̄a et gaudium.

Propter quod nō
 sustinentes amplius
 placuit nobis rema-
 nere athenis solus: et misim⁹
 thymotheū fratrem nostrū et
 ministrū dei in euangelio xp̄i
 ad confirmandos vos et ex

hortandos pro fide v̄ra: ut ne-
mo moueatur in tribulacionibz
istis. Ipsi enī satis: quod in hoc
positi sum⁹. Nam et cū apud vos
essemus p̄dicebam⁹ vobis passu-
ros nos tribulaciones: sicut et
factū est et satis. **U**tere et ego
amplius nō sustinens. nisi ad
cognoscendam fidem v̄ram: ne
forte temptauerit vos is qui
temptat et ianis fiat labor v̄r.
Nunc autē veniente thymothe-
o ad nos a vobis et annūciante
nobis fidem et caritatē v̄ram.
et quia memoriā nostri habetis
bonam semp desiderantes nos
videre. sicut et nos quoq; vos:
ideo consolati sum⁹ fratres ī vo-
bis in omni necessitate et tribu-
lacione nostra. per v̄ram fidē.
qm̄ nūc viuim⁹ si vos statis
in dño. Quā enī gratiarū actio-
nem possum⁹ deo tribuere pro
vobis in omni gaudio quo gau-
dem⁹ p̄pter vos ante deū nostrū:
nocte et die habundantius oran-
tes ut videamus faciem v̄ram.
et compleam⁹ ea que desunt fi-
dei v̄re. **I**pse autē deus et pater
noster et dñs ihesus dirigat vi-
am nostram ad vos. **D**os autē
dominus multiplicet: et habū-
dare faciat caritatem in iūcem
et in omnes. quemadmodū et
nos in vobis ad confirmanda
corda vestra sine querela in
sanctitate ante deum et patrē
nostrū in aduentu domini nr̄i
ihesu xp̄i cū omnibz sanctis e-
ius amen. **iii.**

D **E**cetero ergo fratres ro-
gamus vos et obsecra-
mus in dño ihesu: ut
quemadmodū accepistis a no-
bis quomō oporteat vos am-
bulare et placere deo. sic et
ambuletis. ut habundetis ma-
gis. **S**atis enī que p̄cepta dede-
rim vobis: per dñm ih̄m. **H**ec
est enī voluntas dei sanctifica-
o v̄ra: ut abstineatis vos a for-
nicacione. ut sciat vnusquisq;
v̄m suū vas possidere in sanc-
tificacione et honore: non in
passione desiderij sicut et gētes
que ignorant deū. **E**t ne quis
supgrediatur neq; arāueniat
in negotio fratrem suū: quoni-
am vindex est dñs de hys om̄i-
bus. sicut p̄dixim⁹ vobis et tes-
tificati sumus. **N**on enī vocauit
nos deus in imūdiā: sed in
sanctificacionē. **I**taq; qui her-
spernit. nō hominē spernit sed
deū: qui eadē dedit spiritū suū
sanctū in nobis. **D**e caritate at̄
fraternitatis nō necesse habem⁹
scribere vobis. **I**psi enī vos a deo
didicistis: ut diligatis iūcem.
Etenī facitis illud in omnes
fratres in vniūsa macedonia.
Rogamus autē vos fratres ut
habundetis magis: et operam
detis ut quieti sitis. et ut v̄m
negotiū agatis. et operemini
manibus v̄ris sicut p̄cepimus
vobis: et ut honeste ambule-
tis ad eos qui foris sunt. et nul-
lius aliquid desideretis. **N**o-
lum⁹ autē vos ignorare fr̄es

de domi
rem si
habent
mortue
deus con
adducit
dian in
qui vium
in aduic
eos qui de
dñs in u
gel et in
celo: et r
resurger
qui vium
simul a
bibus o
sic semp
consolan
D
mus vob
satis: q
in nocte
runt pa
tinus e
sicut dol
nō effug
nō estis
illa tam
Omnes
et filij d
q; teneb
am si
et solen
unt noct
sunt noc
qui diei s
louam fi

de dormientibus: ut non contristemur sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini: quia nos qui vivimus qui residui sumus in adventu Domini, non preveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu et in voce archangelorum et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui vivimus qui relinquamur simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera: et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

De temporibus autem et momenti fratres: non indigetis ut scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis: quia dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint pax et securitas: tunc repentinus eis superveniet interitus sicut dolor in utero habentis: et non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris: ut vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filii lucis estis et filii diei. Non estis noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrii simus. Qui enim dormiunt nocte dormiunt: et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus sobrii sumus: id est constantem fidei et caritatis et gra-

veam spem salutis: quoniam non potuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum qui mortuus est pro nobis: ut siue vigilemus siue dormiamus simul cum illo vivamus. Propter quod consolamini invicem: et edificate alterutrum sicut et factis. Rogamus autem vos fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos et presunt vobis in Domino, et movent vos, ut habeatis illos habundantius in caritate: propter opus illorum pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos: consolamini pusillanimes, suscipite infirmos: patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in invicem et in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hec enim est voluntas dei in Christo Iesu: in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetas nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in adventu Domini nostri Iesu Christi servetur. Fidelis est qui vocavit vos: qui etiam faciet fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per Dominum: ut legatur epistola haec omnibus sanctis fratribus. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum amen.

*Explicit epla ad thessalonicenses
prima. Inapit argumētū i epis*

Athessa *tolā secūda*
lonicenses secūda
scribit epistolam
et notū fiat eis de
temporibz nouissimis. et de ad
uersarij detectione: scribit hanc
epistolā ab athenis per tytici
dyaconē et onesimū acolitum.

*Explicit argumētū. Inapit epis
tola ad thessalonicenses secūda*

Mulus et silua
nus et thymo
theus ecclesie
thessalonicen
sū in deo p̄e
nrō et dño ihu

xpo **G**racia vobis et pax a deo
p̄e nrō et dño ihu xpo **G**ra
cias agere debem⁹ deo semp pro
vobis fratres. ita ut dignū est:
qm̄ sup̄crescat fides v̄ra et habū
dat caritas vniuersa v̄m
in iuicem: ita ut et nosip̄i in
vobis gloriemur in ecclesijs dei
pro paciēcia v̄ra et fide in om
nibz p̄secucionibz v̄ris et tribu
lacionibz quas sustinetis in ex
emplū iusti iudicij dei: ut dig
ni habeam⁹ in regno dei pro
quo et patim⁹ **S**i tamen iustū
est apud deū retribuere tribu
lacionē hys qui vos tribulāt:
et vobis qui tribulam⁹ requi
em nobiscū. in reuelacionem
dñi ihu de celo cū angelis vir
tutis eius. in flāma ignis dan
tis v̄ndictam hys qui non no
uerunt deū: et qui nō obediūt

euangelio dñi nr̄i ihu xpi Qui
penas dabunt in interitu etnas
a faae dñi et a gloria virtutis ei⁹
cū venerit glorificari in sanctis
suis. et admirabilis fieri in om
nibz qui crediderunt: quia credi
tū est testimoniū nr̄m sup̄ vos
in die illo: in quo etiā oramus
semp pro vobis ut dignet⁹ vos
vocatione sua deus noster. et i
pleat omnē volūtate bonitatis.
et opus fidei in virtute: ut da
rifiatur nomē dñi nr̄i ihu xpi
in vobis et vos in illo. scdm̄ gra
ciā dei nr̄i et dñi nr̄i ihesu xpi.

Rogamus autem **¶**
vos fratres per aduen
tū dñi nr̄i ihesu xpi et
nostrę congregacionis in idipm̄:
ut nō cito moueam⁹ a v̄ro sensu.
neq; terream⁹. neq; per sp̄m ne
q; per sermonē. neq; per episto
lam tanqm̄ per nos missam.
quasi instet dies dñi **N**e quis
vos seducat ullo modo **Q**uom
am nisi venerit discessio primū
et reuelatus fuerit homo pecca
ti filius pdiaonis. qui aduersa
tur et extollitur supra omne
quod dicitur deus aut quod co
latur: ita ut in templo dei sede
at. ostendens se tanqm̄ sit deus
Non retinetis qd̄ cū adhuc esse
apud vos hec dicebam vobis.
Et nūc quid detineat satis: ut
reueletur in suo tempore **N**am
mysteriū iam opatur iniquita
tis: tantū ut qui tenet nūc tene
at. donec de medio fiat **E**t tunc
reuelabitur ille iniquus quem

Handwritten marginal notes in red ink, including numbers and symbols.

Partial view of text from the adjacent page on the right.

dñs ihus interficiet spiritu oris
 sui. et destruet illustraone ad
 uentus sui: eū cuius est aduen-
 tus scdm opacionē sathane in
 omni uirtute et signis et p̄di-
 gnis mendacibus. et in omni
 seductione iniquitatis. hys q̄
 pereunt: eo qd̄ caritatem verita-
 tis nō receperunt ut salui fierēt
 Ideo mittet illis deus opacionē
 erroris. ut credant mendacio:
 ut iudicentur om̄es qui nō cre-
 diderūt ueritati. sed consenserūt
 iniquitati. Nos autē debemus
 graas agere deo semp̄ pro vo-
 bis fratres dilecti a deo qd̄ ele-
 git nos deus p̄mias in salu-
 tem in sanctificaone spiritus
 et fide ueritatis: in qua et uoca-
 uit vos per euangelium nostrum.
 in adquisiaone glorie dñi nri
 ihu xpi. Itaq; fratres stete et
 tenete tradiaones quas didicistis.
 siue per sermonē. siue per
 epistolam nostram. Ipse autē
 dñs nri ihus xp̄s et deus pa-
 ter nri qui dilexit nos. et dedit
 consolacionē eternā et spem
 bonā in graa: exhortetur cor-
 da v̄ra et confirmet in omni
 opere et sermone bono. **iii.**

De cetero fratres orate
 pro nobis. ut sermo
 dei currat et clarifica-
 tur sicut et apud vos: et ut li-
 beremur ab importunis et
 malis hōibz. Non enim omniū
 est fides. fidelis autē dñs est:
 qui confirmabit vos et custodi-
 et a malo. Confidim⁹ autem

fratres de uobis in dño: qm̄
 quecūq; p̄cepim⁹ et facitis et
 faciatis. Dñs autē dirigat
 corda v̄ra: in caritate dei et
 pacencia xpi. Denūciam⁹ autē
 uobis fratres in noīe dñi nri
 ihu xpi: ut subtrahatis uos
 ab omni fratre ambulante ī
 ordinate. et nō scdm tradiaonē
 quā acceperunt a nobis. Ipsi
 enim satis quemadmodū oportet
 imitari nos. Qm̄ non in-
 quieti fuim⁹ inter uos. neq; gra-
 tis panē manducauim⁹ ab ali-
 quo: sed in labore et fatigacio-
 ne. nocte et die opantes. ne quē
 v̄m grauarem⁹. Non quasi
 nō habuerim⁹ potestatem: sed
 ut nosmetipsos formā darem⁹
 uobis ad imitandū nos. Nam
 et cū essemus apud uos hoc de-
 nūciabam⁹ uobis: qm̄ si quis
 nō uult operari nec manducet.
 Audiuim⁹ enim inter uos quos-
 dam ambulare inquiete: nich-
 il operantes. sed curiose agētes.
 Hys autē qui eiusmodi sunt
 denūciam⁹ et obsecram⁹ ī dño
 ihu xpo: ut cū silencio opantes.
 suū panē manducant. Vos autē
 fratres nolite deficere benefa-
 cientes. Quod si quis nō obedi-
 erit uerbo nro per epistolam.
 hunc notate: et non cōmista-
 mini cū illo ut confundat⁹. Et
 nolite quasi inimicū estimā-
 re: sed corripite ut fratrem. Ipse
 autē dñs p̄as det uobis pa-
 cem sempiternā in omni loco.
 Dñs cū om̄ibz uobis. Saluta-

ao mea manu pauli: quod e
signu in omni epistola. ita scri
bo Gracia dñi nri ihu xpi. cu o
mbz vobis amen. *Explicit epla
ad thessaloienses scda. Incipit ar
gumetu i eplaz ad thimotheu p.*

Thymotheu instru
it et docet. de ordina
aone episcopatus
et dyacony et om
nis ecclesiastice discipline: scri
bens ei ab vrbe roma. *Explicit
argumetu. Incipit epla ad th*

Aulus aplus
ihu xpi scdm
imperiu dei
saluatoris nri
et xpi ihu spei

nostrae: thymotheo dilecto filio
in fide Gracia misericordia et
pax a deo pre et xpo ihu dno
nro. Sicut rogavi te ut remane
res ephesi cu irem in macedoni
am. ut denunciares quibusdam
ne aliter docerent neqz intende
rent fabulis et genealogiis in
terminatis: que questione pres
tant magis qua edificacione
dei que est in fide. finis aute p
cepti est caritas de corde puro
et consaencia bona et fide no
ficta. A quibz quidam aberran
tes conusi sunt in vaniloquiū.
volentes esse legis doctores: no
intelligentes neqz que loquunt
neqz de quibz affirmant. Sam
aute quia bona est lex. si quis
ea legitime utatur: faciens hoc
quia iusto no est lex posita. s

iustis et no subditis. impijs
et pavoribz. sceleratis et contami
natis. patriadis et matriadis.
homicidis. fornicarijs. masculo
ru concubitoribz. plagiaris.
mendaabus. piuris: et si quid
aliud sane doctrine adusatur
que est scdm euangelium glorie
bni dei. quod creditu est michi
Gracias ago ei qui me confor
tauit xpo ihu dno nro: quia
fidelem me existimavit ponens
in ministerio. qui prius fui
blasphemus et psecutor et con
tumeliosus: sed misericordiam
dei consecutus sum. quia igno
rans feci in incredulitate. Sup
habundavit aute gracia dñi
nri ihu xpi cu fide et dilectioe
que est in xpo ihu fidelis ser
mo et omni acceptaone dignus:
quia xpus ihus venit in huc
mudu pcores saluos facere:
quoru primus ego sum. Sed
ideo misericordia consecutus su:
ut in me primo ostenderet xps
ihus omne pacencia. ad ifor
macione eoru qui credituri sut
illi in vitam eterna. Regi autem
seculoru imortali invisibili. soli
deo: honor et gloria in secula
seculoru amen. Hoc pceptu co
mendo tibi fili thymothee. se
cundu pcedentes in te pphetas:
ut milites in illis bonam mi
liciam. habens fidem et bona
consaencia. qua quidam repel
lentes arca fidem naufrague
runt: ex quibz est hymeneus
et alexander: quos tradidi sa

thane ut discant nō blasphemare
Osecro **¶** **¶** mare
 igitur primo omnium
 fieri obsecrationes. ora
 ciones. postulationes. gratiar
 actiones. pro omnibus hominibus.
 pro regibus et omnibus qui in sub
 limitate sunt constituti: ut qui
 etiam et tranquillam vitam agan
 mus in omni pietate et castitate
 Hoc enim bonum est et acceptum
 coram salvatore nostro deo: qui
 omnes homines vult salvos fieri.
 et ad agnitionem veritatis veni
 re Unus enim deus: unus et me
 diator dei et hominum homo christus
 ihesus: qui dedit redemptionem se
 metipsum pro omnibus testimoniū
 temporibus suis. in quo positus sum
 ego predicator et apulus Veritatem
 dico nō mentior: doctor gentium
 in fide et veritate Volo ergo vi
 ros orare in omni loco: levantes
 puras manus sine ira et discer
 ptione Similiter et mulieres
 in habitu ornato: cum verecundia
 et sobrietate ornantes se. nō in
 tortis crinibus. aut auro aut
 margaritis. vel veste pretiosa: sed
 quod decet mulieres praeferentes
 pietatem per opera bona Mulier
 in silencio discat cum omni
 subiectione Docere autem mulie
 ri nō permitto. neque dominari in vi
 rum: sed esse in silencio Adam enim
 primus formatus est: deinde
 eua Et adam nō est seductus:
 mulier autem seducta in peccati
 catione fuit Saluabitur autem
 per filiorum generationem: si per

manserit in fide et dilectione et
 sanctificatione cum sobrietate.
Adelis sermo **¶** **¶**
 quis episcopatum deside
 rat: bonum opus deside
 rat Oportet ergo episcopum irre
 prehensibilem esse: unius ux
 ris virum. sobrium. prudentem. orna
 tum. pudicum. hospitalem. doctorem.
 nō vinulentum. nō percussorem. sed
 modestum: nō litigiosum. nō cupi
 dum. suae domui bene propositum.
 filios habentem subditos cum omni
 castitate Si quis autem domui
 suae praesesse nesciat: quomodo ecclē
 sie dei diligentiam habebit? Nō
 neophytum: ne in superbia elatus
 in iudicium inadat dyaboli.
 Oportet autem illum testimoniū
 habere bonum ab his qui foris
 sunt: ut nō in opprobrium inadat
 et laqueos dyaboli Diaconos
 similiter pudicos. nō bilingues.
 nō multo vino deditos. nō tur
 pe lucrum sectantes: habentes mis
 terium fidei in conscientia pura
 Et hi autem probentur primum:
 et sic ministrent. nullum crimen
 habentes Mulieres similiter pu
 dicas: nō detrahentes. sobrias. fi
 deles in omnibus Diaconos sint
 unius uxoris viri: qui filijs su
 is bene praesint et suis domibus
 Qui enim bene ministraverint:
 gradum sibi bonum acquirunt. et
 multam fiduciam in fide que est
 in christo ihesu Hec tibi scribo: spe
 rans me venire ad te cito Si autem
 tardaverero. ut scias quomodo
 oporteat te in domo dei conuer

fari: que est ecclesia dei viui. co-
 lumbina et firmamentū verita-
 tis Et manifeste magnū est pi-
 etatis sacramentū. quod mani-
 festatū est in carne. iustificatū
 est in spiritu: apparuit angelis.
 p̄dicatū est gentibz. creditū est ī
 mūdo: assumptū est in gloria.

Spiritus autem **iiii.**
 manifeste dicit: quia
 in nouissimis tempo-
 ribus discedent quidam a fide.
 attendentes spiritibz erroris. et
 doctrinis demoniorū. in ypocrisi
 loquentiū mendaciū. et caetera
 tam habentes suā consciaam.
 phibentiū nubere. abstinere a ca-
 bis quos deus creauit. ad papie-
 dū cū gratiarū actione fidelibus.
 et hys qui nouerunt veritatē:
 quia omnis creatura dei bona:
 et nichil reiandū qd cū gratiarū
 actione papitur Sanctificatur
 enī per verbū dei et orationem
 Nec pponens fratribz bonus eris
 minister xpi ihu: enutritus ver-
 bis fidei. et bone doctrine quam
 assecutus es Ineptus autē et au-
 les fabulas deuota: exerce autē
 tempm ad pietatem Nam corpo-
 ralis exercitatio ad modicū uti-
 lis est Pietas autē ad omnia
 utilis est: pmissione habēs vite
 que nūc est et future Fidelis ser-
 mo et omni acceptione dignus
 In hoc enī laboram? et maledi-
 cinur: quia speram? in deum
 viuū qui est saluator omnū
 hominū. maxime fidelū Preca-
 pe hec et doce Nemo adolescen-

ciam tuā contempnat: sed exem-
 plū esto fidelū. in verbo in con-
 uersatione. in caritate in fide in
 castitate Dū venio: attende lecti-
 oni. exhortationi. doctrine Noli
 negligere gratiam que in te est:
 que data est tibi per pphetiā cū
 impositione manūū presbiteri
 Nec meditare. in hys esto: ut
 pfectus tuus manifestus sit om-
 nibz Attende tibi et doctrine: in-
 sta in illis Hoc enī faciēs: et
 tempm saluū faciēs. et eos qui te
 audiunt Seniore ne increpa-
 ueris: sed obsecra ut p̄m Iuue-
 nes ut fratres. anis ut matres:
 iuuenilas ut sorores. in omni

Viduas **v.** Castitate.
 honora que vere vidu-
 e sunt Si qua autem
 vidua filios aut nepotes habet:
 disant primū domū suā regere.
 et mutuam vicem reddere parē-
 tibus Hoc enī acceptū est corā
 deo Que autē vere vidua est et
 desolata. sperat in deū: et instat
 obsecrationibz et orationibz noc-
 te ac die Nam que in delitijs ē
 viuens: mortua est Et hoc p̄a-
 pe: ut irreprensibiles sint Si
 quis autem suorū et maxime
 domesticorū curā nō habet: fidē
 negauit. et est infideli deterior
 Vidua eligatur nō minus sexa-
 ginta annorū. que fuerit vnus
 viri vxor. in operibz bonis testi-
 moniū habens: si filios educa-
 uit. si hospicio recepit. si sanctor
 pedes lauit. si tribulationē pa-
 cientibz subministravit: si om-

ne opus bonū subsequuta est Ado-
lescenciores autē viduas deuota
Cū enī luxuriose fuerint. in xpō
nubere volunt: habentes damp-
nationē. quia primā fidem irri-
tam fecerunt Simul autē et o-
ciose discant arctare domos: nō
solū ociose. sed et verbose et curi-
ose. loquentes que nō oportet.
Volo ergo iuniores nubere. fi-
lios procreare. matressfamilias
esse: nullā occasione dare aduer-
sario maledicti gratia Jam enī
quedam conuerse sūt retro satha-
nam Si quis fidelis vel si qua
fidelis habet viduas. subminis-
tret illis. et nō grauetur ecclesia:
ut hys que vere vidue sunt suf-
ficiat Qui bene presunt pres-
biteri. duplici honore digni ha-
beantur: maxime qui laborant
in verbo et doctrina Dicit enī
scriptura Non infrenabis os
boui trituranti Et dignus est
operarius mercede sua Adūsus
presbiterū accusationē noli rea-
pere: nisi sub duobz aut tribus
testibus Peccantes corā omībz
argue: ut et ceteri timorem ha-
beant Testor coram deo et xpō
ihū et electis angelis ut hec cus-
todias: et sine preiudicio nichil
faciens in aliam partē dedi-
nando Manus atō nemini i-
posueris: neqz cōmunicaueris
peccatis alienis Teipm castum
custodi Noli adhuc aquā bibe-
re: sed modico vino utere ppter
stomachū tuū. et frequentes tu-
as infirmitates Quorūdam

hominū peccata manifesta sūt
pcedencia ad iudiciū. quosdā
autē et subsequūtur Similit
et facta bona manifesta sūt:
et que aliter se habent. abscon-
di non possunt. **vi**

Quiaqz sunt sub iugo
serui dñs suos omī
honore dignos arbi-
trentur: ne nomen dñi et doc-
trina blasphemetur Qui autē
fideles habent dñs. nō cōtemp-
nant. quia fratres sunt. sed ma-
gis seruiant quia fideles sunt
et dilecti. quia beneficijs parti-
cipes sunt Hec doce et exhortare
Si quis aliter docet et nō acqui-
escat sanis sermonibz dñi nrī
ihū xpī et ei que scdm pietatē
est doctrine. supbus nichil scēs.
sed languens circa questiones
et pugnas verborū. ex quibz ori-
untur inuidie. contenciones. blas-
phemie. suspiciones male. con-
flictaciones hoīm mente corrup-
torū. et qui veritate priuati sūt.
existimancū questū esse pietatē
Est autē questus magnus pie-
tas cū sufficiencia Nichil enim
intulimus in hunc mūdum:
haut dubiū quia nec auferre
quid possum Habentes autē
alimenta et quibz tegamur:
hys contenti sum Nam qui
volunt diuites fieri: inadiunt
in temptationē et in laqueū dy-
aboli. et desideria multa et viti-
lia et noaua: que mergunt ho-
mines in interitū et pdicōne
Radix enī omniū malorū est

cupiditas Quam quidam appetentes errauerunt a fide: et insecuerunt se doloribus multis Tu autem o homo dei hec fuge Secta re vero iustitiam. pietatem. fidem. caritatem. pacientiam. mansuetudinem Certa bonum certam fide

Apprehende vitam eternam: in qua vocatus es. et confessus bonam confessionem coram multis testibus Precipio tibi coram deo qui uiuificat omnia et ihu xpo qui testimonium reddidit sub pao pylato bonam confessionem: ut serues mandatum sine macula irreprehensibile. usque in aduentum dni nri ihu xpi: quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens rex regum et dns dominationum: qui solus habet immortalitatem. et lucem habitat inaccessibilem: que nullus hominum uidit. sed nec uidere potest: cui honor et imperium sempiternum amen Diuitibus huius seculi preceptum non sublimis sapere. neque sperare in incerto diuitiarum: sed in deo uiuo qui prestat nobis omnia habunde ad fruendum: bene agere. diuites fieri in operibus bonis. facile tribuere. communicare. thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum. ut apprehendant veram vitam O thymothee depositum custodi: deuitans phanas uocum nouitates et oppositiones falsi nominis scientie: quam quidam prmitentes circa fidem exaderunt. Gratia tecum amen.

Explicit epla ad thymotheum prima. Incipit argumentum in epistola ad thymotheum secunda.

Tem thymotheo scribit de exhortatione martiri et omnis regule veritatis. et quid futurum sit temporibus nouissimis. et de sua passione: scribens ei ab urbe roma. **Explicit argumentum. Incipit epla ad thymotheum secunda.**

Aulus apulus xpi ihu per uoluntatem dei secundum permissionem uite que est in xpo ihu: thymotheo karissimo filio Gratia misericordia et pax a deo patre et xpo ihesu dno nro Gratias ago deo tui seruo a progenitoribus in conscientia pura quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis. nocte ac die. desiderans te uidere. memor lacrimarum tuarum. ut gaudio implear recordationem accipiens eius fidei que est in te non ficta: que et habitauit primam in amia tua loyde. et matrem tua eunice: certus sum autem quod et in te Propter quam causam amoneo te: ut resuscites gratiam dei que est in te per impositionem manuum mearum Non enim dedit nobis deus spiritum timoris: sed uirtutis et dilectionis et sobrietatis Noli itaque erubescere testimonium dni nri neque me uinctum eius: sed collabora euangelio secundum uirtutem dei. qui liberauit nos et uocauit uocatum

one si
sed se
que d
ante
tante
one
dest
na
one
sum
et n
sam
con
ceru
fita
man
a me
in xp
di pa
nobis
a me o
ex quib
genes
sypho
refriger
erubui
solliate
Det illi
a dno u
si nunt

da a n
mendi
dnei er
ni sicut
Demo
se nego
rat au

one sua sancta. nō scdm opa nra. sed scdm ppositū suū. et grāciam que datū est nobis in xpō ihesu ante tempora secularia. manifestata est autē nūc per illuminacōnē saluatoris nri ihu xpī. qui destruxit quidem mortē. illuminavit autē vitam. et incorruptōnē per euangeliū in quo positus sum ego p̄dicator et apostolus et magister gentiū. ob quā causam etiam hec patior. sed non confundor. Scio enī cui credidi et certus sum. quia potens est depositū meū seruare in illū diem. Formam habens sanorū verborū que a me audisti in fide et dilectione in xpō ihu. bonū depositū custodi per sp̄m sanctū qui habitat in nobis. Das hoc quod auersi sunt a me omnes qui in asya sunt. ex quibz est phylgelus. et hermodogenes. Det misericordiā dñs honore syphron domui. quia sepe me refrigeravit. et cithenā meā nō erubuit. sed cū romam venisset. sollicitate me quesuit et inuenit. Det illi dñs inuenire misericordiā a dño in illo die. Et quanta ephe si ministravit. tu melius nosti.

Quod ergo fili mi con-
fortare in grācia que ē in xpō ihesu. et que audisti a me per multos testes. hec cōmenda fidelibz hominibz qui ydonei erunt et alios docere. labora sicut bonus miles xpī ihesu. Nemo militans deo implicat se negotijs secularibz. ut ei placeat cui se probauit. Nam et

qui certat in agone. nō coronat. nisi qui legitime certauerit. Laborantem agricolam. oportet p̄mū de fructibz papere. Intellige que dico. Dabit enī tibi dñs in omnibz intellectū. Memor esto dñm ihu xp̄m resurrexisse a mortuis. ex semine dauid scdm euangeliū meum. in quo laboro usq; ad vincula. quasi male operans. sed verbū dei nō est alligatū. Ideo omnia sustineo p̄pter electos. ut et ipsi salutē consequantur. que est in xpō ihu cū gloria celesti. fidelis sermo. Nam si cōmortui sumus. et cōuiuemus. Si sustinemus. et conregnabimus. Si negauerimus. et ille negabit nos. Si nō credimus. ille fidelis p̄manet. negare seipm nō potest. Nec cōmoneo. testificans coram deo. Noli verbis contendere. nichil utile est. nisi ad subuersionē audientū. Sollicite cura tempm pbabilem exhibere deo. opariū inconfusibilem. recte tractantē verbū veritatis. Phana autē et vaniloqa deuita. Multū enī p̄ficiunt ad impietatem. et sermo eorū ut canter scribit. Ex quibz est ymeueus et philetus. qui a veritate exacerunt. dicentes resurrectionē iam factam. et subuerterūt quorūdam fidem. Sed firmū fundamentū dei stat. habens signaculū hoc. Cognouit dñs qui sunt eius. et discedat ab iniquitate. omnis qui nominat nomē dñi. In magna autē domo nō solū sunt vasa aurea et argentea.

sed et lignea et fictilia Et quedā
quidem in honorem: quedā autē
in contumeliā Si quis ergo emū
dauerit se ab istis. erit vas in ho
nore sanctificatū et utile dño. ad
omne opus bonū paratū Iuue
nilia autē desideria fuge Sectare
vero iusticiam. fidem. caritatem.
pacem: cū his qui iuocant dñm
deū corde puro Stultis autē et
sine disciplina questiones deum:
faciens quia generant lites Seruū
autē dñi non oportet litigare:
sed mansuetū esse ad omnes. do
cibilem. patientem. cū modestia
corripientē eos qui resistunt ve
ritati: nequando det illis deus
penitentiam ad cognoscendā ve
ritatem. et resipiscant a dyaboli
laqueis a quo capti tenent ad
ipsius voluntatem. *iii.*

Hoc autē sato quod in
nouissimis diebus insta
bunt tēpora periculosa:
et erunt homines seipsos aman
tes. cupidi. elati supbi. blasphem.
parentibus inobedientes. ingrati.
scelesti. sine affectione. sine pace.
criminales. incontinentes. ini
tes. sine benignitate. proditores.
proterui. tumidi. voluptatū ama
tores magis q̄ dei: habentes spea
em quidem pietatis. virtutē autē
eius abnegantes Et hos deum
Et his enī sunt qui penetrant
domos et captiuas ducunt muli
eras oneratas p̄cis: que ducū
tur varijs desiderijs: semp discen
tes. et nūq̄ ad sciētiā verita
tis puenientes Quemadmodū

autē iannes et mambres resiste
runt moysi: ita et hii resistunt
veritati Homines corrupti men
te reprobi circa fidem: sed ultra
nō proficiant Insipientia enim
eorū manifesta erit omnibus: sicut
et illorū fuit Tu autē assecutus es
meā doctrinā. institutionē. p̄posi
tū. fidem. longanimitatē. dilecti
onem. paciētiā. p̄secutiones.
passiones. qualia michi facta sūt
anthiochie. yconio. listris: qua
les p̄secutiones sustinui: et ex o
nibus me eripuit dñs Et omnes
qui volunt pie viuere in xp̄o ihe
su: p̄secutionē patientur Mali
autem homines et seductores. p̄
ficiant in peius: errantes et in er
rorem mittentes Tu vero p̄mane
in his que didicisti. et credita
sunt tibi: sciens a quo didiceris.
et quia ab infancia sacras lite
ras nosti que te possunt instru
ere ad salutē per fidem que est ī
xp̄o ihu Omnis scriptura diui
nitas inspirata. utilis est ad do
cendū. ad arguendū. ad corripie
dū. ad erudiendū in iusticia: ut
p̄fectus sit homo dei. ad omne o
pus bonū instructus. *iiii.*

Qustificor corā deo et xp̄o
ihesu qui iudicaturus
est viuos ac mortuos.
et aduentū ipsius et regnū ei:
predica verbū. in ista oportune
importune Argue. obsecra. inaxe
pa: in omni paciētia et doctri
na Erat enī tempus cū sanā doc
trinam nō sustinebunt: sed ad
sua desideria coaceruabūt sibi

magistros prurientes auribus Et a veritate quidem auditū auer-
tent: ad fabulas autē conuertentur.
Tu vero vigila: in omnibus labora.
Opus fuit euangeliste: ministeriū
tuū imple: sobrius esto. Ego enī
iam delibor: et tempus resolu-
tionis mee instat. Bonū certamen
certaui: cursum consummaui: fi-
dem seruaui. In reliquo reposita
est michi corona iusticie: quam
reddet michi dñs in illa die iustis
iudex. Non solū autē michi: sed
et hys qui diligunt aduentū ei.
Festina venire ad me cito. De-
mas enī me dereliquit. Diligens
hoc seculū: et abiit thessalonicā.
crescens in galaciaam. tytus in
dalmaciaam. Lucas est meū so-
lus. Marcū assume: et adduc te
cum. Est enī michi utilis in mi-
nisteriū. Tytū autē misi ephē-
sum. Penulam quā reliqui tro-
ade apud carpū. veniens affer
traū. et libros: maxime autē mem-
branas. Alexander erarius mul-
ta mala michi ostendit. Credet
illi dñs scdm opera eius. Quē
et tu deuota. Valde enī restitit
verbis nostris. In prima mea
defensione nemo in affuit: s̄ o-
nes me dereliquerunt. Nō illis
imputetur. Dñs enī michi assi-
tit. et confortauit me ut per me
p̄dicatio impleatur: et audiant
omnes gentes: et liberatus sum
de ore leonis. Liberauit me deus
ab omni opere malo: et saluū fa-
ciat in regnū suū celeste: cui glo-
ria in secula seculorū amen. Sa-

luta priscam et aquilam: et ho-
nesiphon domū Erastus reman-
sit chorinthi: trofimū autē reliqui
infirmū miletū festina ante hy-
emem venire. Salutat te eubo-
lus et pudens. et linus. et claudi-
a: et fratres omnes. Dominus
ihus xp̄s cū spū tuo: gracia vo-
biscum amen. **Explicit episto-
la ad thimotheū sc̄da. Incipit
argumentū in eplaz ad tytum.**

Autum comonefacit
et instruit de consti-
tutione presbiterij
et de spiritali conuer-
satione. et hereticis vitandis q̄
in scripturis iudayas credunt:
scribens ei a nycopoli. **Explicit
argumentū. Incipit epistola
ad tytum.**

Aulus seruus
dei ap̄lus autē
ihesu xp̄i scdm
fidem electorū
dei et agnitionē
veritatis. que scdm pietatē est.
in spem vite eterne. quam p̄misit
qui nō mentitur deus ante tēpora
secularia: manifestauit autem
suis temporibz verbū suū in pre-
dicatione. que credita est michi
scdm p̄ceptū saluatoris nostri
dei: tytō dilecto filio scdm comu-
nem fidem. Gracia et pax a deo
p̄re et xp̄o ihesu saluatore nostro.
Huius rei gracia reliqui te crete:
ut ea que desunt corrigas. et con-
stituas per ciuitates presbiteros.
sicut ego tibi disposui. Si quis
sine crimine est vnius uxoris vir:

filios habens fideles. nō in accu-
satione luxurie aut nō subditos
Oportet enī episcopū sine crimi-
ne esse. sicut dei dispensatorē: nō
superbū. nō unauandū. nō vinolē-
tum. nō paufforem. nō turpis lu-
cri cupidum: sed hospitalem
benignū. sobriū. iustum. sanctū
continentem. amplectentem eū
qui scdm doctrinam est fidelem
sermonem: ut potens sit exhorta-
ri in doctrina sana. et eos qui
contradiciant arguere. Sunt enī
multi inobedientes vaniloqui et
seductores: maxime qui de arā-
tione sunt. quos oportet redar-
gui: qui vniuersas domos sub-
uertunt. docentes que nō oportet
turpis lucri gratia. Dixit quidā
ex illis p̄p̄rius ip̄orū p̄pheta: cre-
tenses semp mendaces. male bes-
tie. ventris pigri. Testimoniū hoc
verū est. Quam ob causam inae-
pa illos dure. ut sani sint ī fide:
nō intendentes iudicias fabulis
et mandatis hominū auersan-
ciū se a veritate. Omnia mūda
mūdis: coinquinatis autē et ī
fidelibus nichil mūdū: sed īqui-
nate sunt eorū et mens et con-
saencia. Confitentur se nosse de-
um. factis autē negant: cū sint
abhominati et incredibiles. et
ad omne opus bonū reprobi.

Quā autē loquere. **ii.**
que decet sanam doctri-
nam. Senes ut sobrii
sint. pudici prudentes: sani in
fide. in dilectione. in pacencia.
Anus similiter in habitu scō:

nō criminatrices. non vino mul-
to seruietes. bene docentes. ut
prudenciā doceant. Adolescentu-
las ut viros suos ament. filios
suos diligant: prudentes. castas.
sobrias. domus curam habentes.
benignas. subditis viris suis:
ut non blasphemetur verbū dei.
Iuuenes similiter hortare: ut so-
brii sint. In omībz temp̄m prebe
exemplū bonorū opm̄. in doctrina.
in integritate. in grauitate. Ver-
bū sanū irreprensibile. ut is q̄
ex aduerso est vereatur. nichil ha-
bens malū dicere de nobis. Ser-
uos dñs suis subditos esse. in
omībz placentes. nō contradicen-
tes. non fraudantes. sed in omībz
fidem bonam ostendentes: ut doc-
trinā saluatoris nr̄i dei ornet ī
omībz. Apparuit enī gracia dei
saluatoris nr̄i omībz hominibz.
erudiens nos: ut abnegantes in-
prietatē et secularia desideria. so-
bue et iuste et pie viuam. in hoc
seculo: expectantes beatam spem
et aduentū glorie magni dei et sal-
uatoris nr̄i ihu xp̄i: qui dedit semet
ip̄m pro nobis. ut nos redimeret
ab omni iniquitate. et mūdaret
sibi pplm̄ acceptabilem sectatorē
bonorū opm̄. Hec loquere et ex-
hortare: et argue cū omni impe-
rio. Nemo te contempnat. **iii.**

Homone illos principibz
et potestatibz subditos
esse: dicto obedire. ad
omne opus bonū paratos esse.
nemine blasphemare. nō litigio-
sos esse sed modestos: omnē osten-

dentes mansuetudinē ad omnes
 homines. Eramus enī et nos ali
 quando insipientes increduli. er
 rantes seruientes desiderijs et vo
 luptatibz varijs. in malicia et i
 uidia agentes. odibiles. odientes
 iuicem. Cū autē benignitas et
 humanitas apparuit saluatoris
 nri dei: non ex operibz iusticie q̄
 fecim⁹ nos. sed scdm suam mise
 ricordiam saluos nos fecit. per
 lauacrum regenerationis et reno
 uacionis spūs sancti. quē effudit
 in nos habunde per ih̄m xp̄m sal
 uatorem nostrū: ut iustificati gra
 tia ipsius heredes sum⁹ scdm spem
 vite eterne. **Fidelis sermo est.** Et de
 hys volo te confirmare: ut auēt
 bonis operibz p̄esse. qui credūt
 deo. **Hec sunt bona et utilia ho
 minibz.** Stultas autē questionēs
 et genealogias et contenciones.
 et pugnas legis deuota. Sūt enī
 iuuales et uane. **Hereticū hominē**
 post unam et secundā correpcio
 nem deuota: sciens quia subuer
 sus est qui eiusmodi est: et de
 linquit p̄prio iudicio condemp
 natus. **Cum misero ad te arthe
 man aut tytiā:** festina ad me
 venire nycopolym. **Ibi enī stu
 tu h̄yemare.** **Zenam legisperi
 tū et apollo sollicitate premitte:**
 ut nichil illis desit. **Discant au
 tē et nostris bonis opibz p̄esse**
 ad usus necessarios: ut non sint
 infructuosi. **Salutant te qui me
 cum sunt omnes.** **Saluta eos**
 qui nos amant in fide. **Gracia**
 dei cū omnibus uobis amen.

**Explicit eplā ad tytū. Incipit
 argumentū in epistolā ad phi
 lemonem.**

Philemonem lemone.
 familiares literas
 facit pro onesimo
 seruo eius: scribens
 ei ab urbe roma de carcere.

**Explicit argumentū. Incipit
 epistola ad philemonem.**

Paulus uinctus
 ih̄u xp̄i. et thy
 motheus frater.
 philemoni di
 lecto et adiuto
 ri nro. et appie
 soron karissime. et archippo com
 militoni nro: et ecclesie que in
 domo tua est. **Gracia uobis et
 pax a deo p̄re nostro et dño ih̄u
 xp̄o.** **Gracias ago deo meo semp**
memoriam tu faciens in oratio
nibz meis audiens caritatē tuā
et fidem quā habes in dño ih̄u
et in omēs sanctos: ut comunica
ao fidei tue euidentis fiat in agni
caone omnis boni in xp̄o ihesu.
Gaudiū enī magnū habui et cō
solacionē in caritate tua: quia vis
cera sanctorū requieuerūt per te
frater. **P̄ter quod multā fiducia**
habens in xp̄o ih̄u imperandi
tibi quod ad rem p̄tinet: p̄ter
caritatem magis obsecro. cum sis
talis ut paulus sener: nūc autē
et uinctus xp̄i ihesu. **Obsecro te**
pro meo filio quē genui in vincu
lis onesimo: qui tibi aliquando
iuuilis fuit. nūc autē et tibi et
michi utilis: quē renūsi tibi. **Tu**
autē illū id est mea viscera susa

pe Quem ego volueram mecum
 detinere: ut pro te michi mōstra-
 ret in vinculis euangelij. Sine cō-
 silio autē tuo nichil volui facē:
 ut ne velut ex necessitate bonum
 tuū esset sed voluntariū. Forsitan
 enī ideo discessit ad horam a te:
 ut in eternū illū reciperes. iam nō
 ut seruū. sed pro seruo carissimū
 fratrem. maxime michi: quanto
 autē magis tibi et in carne et in
 dño. Si ergo habes me sociū: sus-
 cape illū sicut me. Si autē aliquid
 nocuit tibi aut debet: hoc michi
 imputa. Ego paulus scripsi ma-
 nu mea: ego reddam. ut nō dicā
 tibi quod et tempm michi debes.
 Ita frater ego te fruor in dño: re-
 fac viscera mea in dño. Confidens
 de obedientia tua scripsi tibi: scēs
 qm et sup id quod dico facies. Si
 mul autem et para michi hospi-
 cū. Nam spero per orationes ves-
 tras donari me vobis. Salutat
 te epafiras conuictiuus meus in
 xpō ihesu: marcus. aristarcus. de-
 mas. lucas. adiutores mei. Gra-
 tia dñi nr̄i ihu xpī cū spū v̄ro a-
 men. *Explet epla ad philemo-
 nē. Inapit argumētū in eplam*

ad hebreos
X dicendū est aut aplūs
 paulus in hac episto-
 la scribendo nō serua-
 uerit morem suū: ut vel vocabu-
 lū nominis sui uel ordinis scri-
 beret dignitatem. Hec causa est.
 quod ad eos scribens qui ex carū-
 asione crediderant quasi gentiū
 aplūs et nō hebreorū: scēs q̄

eorū supbiam. suamq; hūilitatē
 ipse demonstrans: meritū officij sui
 noluit anteferre. Nam simili mo-
 do eadē iohannes aplūs ppter hūi-
 litatem in epistola sua nomē suū
 eadē ratione nō pietulit. Hāc
 ergo epistolam fertur aplūs ad
 hebreos scriptam hebrayca lingua
 misisse: cuius sensū et ordinem
 retinens lucas euangelista. post
 excessū beati pauli aplū grecō ser-
 mone composuit. *Inapit epla
 ad hebreos.*



*D*iasariā mul-
 tis q; modis o-
 lim deus loquēs
 patrib; in p̄phe-
 tis: nouissime

diebus istis locutus est nobis in
 filio: quē constituit heredē vniū-
 sōrū. per quem fecit et secula. Cū
 sit splendor glorie et figura sub-
 stantie eius. portans q; omnia ver-
 bo virtutis sue. purgationē p̄ccōrū
 faciens. sedet ad dexterā maiestatis
 in excelsis: tanto melior angelis
 effectus quanto differens pre-
 illis nomen hereditauit. Cui enī
 dixit aliquando angelorū: filiū
 meus es tu. ego hodie genui te.
 Et rursum Ego ero illi in patrē:
 et ipse erit michi in filiū. Et cū
 iter introducat primogenitū in
 orbem terre dicit. Et adorent eū
 omēs angeli dei. Et ad angelos
 quidem dicit. Qui facit angelo-
 suos spūs: et ministros suos flā-
 mam ignis. Ad filiū autē Tho-
 mus tuus deus in seculū seculi:
 virga equitatis virga regni tui

Dilecti-
 tatem:
 tuus ol-
 apib; t-
 terram
 tuarū
 autē p-
 timent
 mictū
 Tu aut
 nō defie-
 loū d-
 tris me
 imicos
 Nonni-
 spūs in
 qui her-

Dumus: r-
 cū qui p-
 sermo fact-
 puritudo
 p̄ iustan-
 nā: quor-
 stantur
 Qui cū in-
 ti per dñm
 in nos conf-
 it do signis
 v̄ v̄ritatib;
 v̄ v̄ritatib;
 v̄ v̄ritatib;
 Nam enī an-
 orbem terre
 mur. Testa-
 loo quis d-
 no quod r-
 filius hom-
 v̄ v̄ritatib;

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis pro partibus tuis Et tu in principio domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi Ipsi peribunt tu autem permanebis: et omnes ut vestimentum veterascent Et velut amictum mutabis eos et mutabunt Tu autem idem ipse es: et anni tui non deficient Ad quem autem angelorum dixit aliquando. sede a dextris meis: quoad usque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nonne omnes sunt ministrorum spiritus in ministerium missi. propter eos qui hereditatem capient salutis.

Propterea habundantius oportet observare nos ea que audimus: ne forte peffluamus Si enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus. et omnis pernicitatio et inobediencia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem. Qui cum iucium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierunt in nos confirmata est: contestante deo signis et portentis et variis virtutibus. et spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem Non enim angelis subiecit deus orbem terre futurum: de quo loquimur Testatus est autem in quodam loco quis dicens Quid est homo quod memor es eius? aut filius hominis quoniam visitas eum. Minuisti eum paulominus ab

angelis: gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum Omnia subiecasti sub pedibus eius In eo enim quod ei omnia subiecit: nichil dimisit non subiectum ei Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei Cum autem qui modico quam angeli minoratus est. videmus ihm propter passionem mortis gloria et honore coronatum: ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem Decebat enim eum propter que omnia et per que omnia. qui multos filios in gloriam adduxerat: auctorem salutis eorum per passionem consummare Qui enim sanctificat. et qui sanctificant: ex uno omnes Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens Nunciaabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te Et iterum Ego ero fidens in eum Et iterum Ecce ego et pueri mei quos michi dedit deus Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini. et ipse similiter participavit eisdem: ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium. id est dyabolum: et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehendit Unde debuit per omnia fratribus similari: ut misericors fieret. et fidelis pontifex ad deum. ut repropiciaret delicta populi In eo enim in quo

passus est ipse et temptatus. potens est et eis qui temptantur auxiliari.

Quod de fratres sancti vocacionis celestis participes. considerate apostolum et pontificem confessionis nostre ihesum. qui fidelis est ei qui fecit illum sicut et moyses in omni domo illius Amplius est glorie iste pre moysse dignus habitus est. quanto amplius honorem habet domus qui fabricavit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creavit. deus est. Et moyses quidem fidelis erat in tota domo et tanquam famulus. in testimonium eorum que dicenda erant. Spiritus vero tanquam filius in domo sua. quod domus sumus nos si fiduciam et gloriam spei usque ad finem firmam retineamus. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus. hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. sicut in exacerbacione secundum diem temptacionis in deserto. ubi temptaverunt me patres vestri. probaverunt et viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod iratus fui generationi huic. et dixi semper errant corde. Ipsi autem non cognoverunt vias meas. sicut iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. Videte fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo vivo. sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies. donec hodie cognominatur. ut

non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim christi effecti sumus. si tamen invariabilem substantiam eius usque ad finem firmam retineamus. dum dicitur hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. quemadmodum in illa exacerbacione. Quidam enim audientes exacerbaverunt. sed non universi qui profecti sunt ab egipto per moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis. Nonne illis qui peccaverunt. quod cadavera prostrata sunt in deserto. Quibus autem iuravi non introire in requiem ipsius. nisi illis qui increduli fuerunt. Et videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

Quoniam ineamus ergo ne forte relicta pollicitacione introeundi in requiem eius. existimetur aliquis ex vobis deesse. Etenim et nobis nuntiatum est. quemadmodum et illis. Sed non profuit illis sermo auditus. non admixtus fidei ex hijs que audierunt. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus. quemadmodum dixit. sicut iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. et quidem operibus ab institucionem mundi factis. Dixit enim quodam loco de die septima sic. Et requievit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum. Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest quosdam introire in illam. et hijs quibus prioribus annuntiatum est non introierunt.

propter incredulitatem: iterum terminat diem quendam hodie i dauid dicendo. post tantum tempus sicut supradictum est: hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Nam si eis ihesus requiem prestasset: nunquam de alia loqueretur post. hac die Itaque relinquitur sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis. sicut a suis deus festinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis inadat incredulitatis exemplum. Diuus enim est sermo dei et efficax. et penetrabilior omni gladio anapiti: et perungens usque ad diuisionem anime ac spiritus. Compagum quoque et medullarum et discretor cogitationum et intentionum cordis: et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius: ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnum qui penetravit celos ihesum filium dei: teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: temptatum per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae: ut misericordiam consequamur. et gratiam inueniamus in auxilio opportuno. v

Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituit in hijs que sunt ad deum: ut offerat

dona et sacrificia pro peccatis: qui condolere possit hijs qui ignorant et errant: quoniam et ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo: ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanquam aaron. Sic et christus non semetipsum clarificauit ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum filius meus es tu ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Qui in diebus carnis sue precibus supplicationibusque ad eum qui possit saluum illum a morte facere. cum clamore valido. et lacrimis offerens: exauditus est pro sua reuerentia. Et quidem cum esset filius dei didicit ex hijs que passus est obedientiam. et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne: appellatus est pontifex a deo iuxta ordinem melchisedech. De quo nobis grandis sermo et interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus. rursus indigetis ut vos doceamus que sunt elementa exordii sermonum dei: et facti estis quibus lacte opus sit. non solido cibo. Omnis enim qui lactis est princeps: experis est sermonis iustitiae. Paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus. ad discretionem boni

ac mali. **vi.**
Quappter intermittentes
 inchoacionis xpi sermo
 nem. ad pfectione fera
 niur. non rursu iacentes funda
 mentu penitencie ab operibz mor
 tuis. et fidei ad deu baptismatu
 doctrine. impositionis quoq; ma
 nuu. ac resurrectionis mortuoru.
 et iudicij eterni Et hoc faciem?
 si quidem pmiserit deus Impossi
 bile est enim eos qui semel sunt
 illuminati. gustauerunt eam
 donu celeste. et participes sunt fac
 ti spūs sancti. gustauerūt nichilo
 minus bonu dei verbu. virtutes
 q; seculi venturi. et plapsi sunt.
 renouari rursus ad penitencia.
 rursus crucifigentes sibimetipsis
 filiu dei. et ostentiu habentes
 Terra eni sepe veniente super se
 bibens ymbrem. et generans her
 bam opportunam illis a quibus
 colitur. accipit benedictione a deo
 Pferens autē spinas ac tribulos.
 reprobata est et maledicto proxi
 ma. cui consummatio in combusti
 onem Confidim autē de vobis
 dilectissimi meliora et viciniora
 saluti. tam et si ita loquamur
 Non eni iustus deus ut obliuis
 catur operis vru et dilectionis qua
 ostendistis in nomine ipius. qui
 ministrastis sanctis et ministra
 tis Cupim autē vnūquēq; vru
 eandem ostentare sollicitudine
 ad explecionē spei usq; in finē?
 ut non segnes efficiamur. verū
 imitatores eoru. qui fide et paa
 encia hereditabūt promissiones

Abrahe namq; pmittens deus.
 qm nemine habuit per quem
 iuraret maiorem. iurauit per se
 metipm dicens Nisi bndicens
 benedicam te. et multiplicans
 multiplicabo te Et sic longani
 miter ferens. adeptus est repro
 missione Homines eni per ma
 iorem sui iurant. et omnis con
 trouersie eoru finis ad confirma
 aone est iuramentu In quo ha
 bundantius volens deus osten
 dere pollicitationis heredibus
 imobilitatem consilij sui. intpo
 suit iusiurandu. ut per duas
 res imobiles quibz impossibile
 est mentari deu. fortissimu sola
 tu habeamus qui confugimus
 ad tenendam ppositam spem.
 qua sicut anchoram habem⁹ ani
 me tutam ac firmam. et inceden
 tem usq; ad interiora velaminis.
 ubi precursor pro nobis introi
 uit ihesus. secundū ordinē melch
 sedech pontifex factus in eternū.

Hic eni melchise **vii.**
 dedech rex salem sacerdos
 dei sumi. qui obuiauit
 abrahe regresso a cede regū. et
 bndixit ei. cui et decimas oim
 diuisit abraham Primū quidē
 qui intpretatur rex iusticie. dein
 de autē rex salem. qui est rex pa
 as. sine patre sine matre sine
 genealogia. neq; iniaū diez ne
 q; finē vite habens. assimilatur
 autē filio dei manet sacerdos in
 ppetuu Intuemū autē quantus
 sit hic. cui et decimas dedit de p
 apius abraham patriarcha.

Et qu
 accip
 amas
 id est
 exier
 autē
 in eu
 han
 miss
 autē
 est a
 quid
 min
 tant
 sit: p
 mas
 hur e
 quand
 Si ergo
 leuitat
 legem a
 sanū fu
 dedech ali
 sedm de
 ro eni s
 legis n
 her dia
 qua nu
 Mauf
 ortus su
 bu nich
 locutus
 mauf
 nem n
 sacer
 dati
 virtut
 tur en
 sedm o
 bano

Et quidem de filiis leui sacerdotiū accipientes. mandatiū habent decimas sumere a populo scđm legem. id est a fratribz suis: qm̄q̄m et ipsi exierint de lumbis abrahe Cui autē generatio nō ānumeratur in eis. decimas sumpsit ab abraham: et hunc qui habebat reprobationes benedixit Sine vlla autē contradictione qđ minus est a meliore bñdicatur Et hic quidem decimas mouentes homines accipiūt: ibi autē contestatur quia uiuit Et ut ita dictū sit: per abraham et leui qui decimas accepit. decimatus est Ad huc enī in lumbis patris erat: quando obuiauit ei melchisedech Si ergo consumatio per sacerdotiū leuiticū erat. populus enī sub ipō legem accepit: quid adhuc necessariū fuit scđm ordinē melchisedech aliū surgere sacerdotem. et nō scđm ordinē aaron dia. **T**ranslatio enī sacerdotio: necesse est ut et legis translatio fiat In quo enim hec dicuntur de alia tribu est: de qua nullus altario presto fuit **M**anifestū est enī quod ex iuda ortus sit dñs noster: in qua tribu nichil de sacerdotibz moyses locutus est Et amplius adhuc manifestū est: si scđm similitudinem melchisedech exurget alius sacerdos qui nō scđm legem mandati carnalis factus est. sed scđm virtutē vite insolubilis **C**ontestatur enī: qm̄ tu es sacerdos in eternū scđm ordinē melchisedech **R**eprobatio quidem fit p̄cedentis man-

dati. ppter infirmitatē eius et inutilitatem **N**ichil enī ad p̄fectū adduxit lex **I**ntroductio vero melius spei per quā proximam ad deū Et quantū est nō sine iureiurando. alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt. hic autē cū iureiurando per eū qui dixit ad illū. iurauit dñs et nō penitebit eū. tu es sacerdos in eternū. in tantū melius testamenti sponsor factus est ihesus **E**t alij quidē plures facti sunt sacerdotes: idcirco qđ morte p̄hiberent p̄manere **H**ic autē eo quod maneat ietnū: sempiternū habet sacerdotiū **U**nde et saluare in p̄petuū potest: accedens per semetipm̄ ad deum semp̄ uiuens ad interpellandum pro nobis **T**alis enī decebat ut nobis esset pontifex. sanctus. innocens. impollutus. segregatus a peccatoribz. et excelsior celis factus: qui nō habet cotidie necessitatē quemadmodū sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre. deinde pro populi **H**oc enī fecit semel se offerendo **L**ex enī homines constituit sacerdotes: infirmitatem habentes **S**ermo autē iuris iurandi qui post legem est: filiū in eternū p̄fectum. **viii.**

Capitulū autē sup̄ ea que dicunt. talem habem⁹ pontificem qui consedit in dextera sedis magnitudinis in celis: sanctorum minister et tabernaculi veri qđ fixit dñs et nō homo **O**mnis enim pontifex ad offerenda munera

et hostias constituitur. Unde
 necesse est et hunc habere aliquid
 quod offerat. Si ergo esset super
 terram, nec esset sacerdos cum essent
 qui offerrent secundum legem munera.
 qui exemplari et umbra deseruiunt
 celestium: sicut responsum est
 moysi cum consummaret tabernacu-
 lum. Vide inquit omnia facta
 secundum exemplar quod tibi osten-
 sum est in monte. Nunc autem
 melius sortatus est ministerium:
 quanto et melioris testamenti
 mediator est, quod in melioribus
 repermissionibus sanctum est. Nam
 si illud prius culpa vacasset: non
 utique secundi locus inquireretur.
 Vituperans enim eos dicit. Ecce di-
 es veniunt dicit dominus: et consumma-
 bo super domum israel, et super domum iu-
 da testamentum novum: non secundum
 testamentum quod feci patribus eorum
 in die qua apprehendi manum illo-
 rum, ut educerem illos de terra egi-
 pti. Quoniam ipsi non permanserunt
 in testamento meo: et ego neglexi
 eos dicit dominus. Quia hoc testamen-
 tum quod disponam domui israel
 post dies illos dicit dominus: dando
 leges meas in mentem eorum, et in
 corda eorum subscribam eas: et ero
 eis in deum, et ipsi erunt michi in
 populum. Et non docebit unusquisque
 proximum suum, et unusquisque fra-
 trem suum dicens, cognosce dominum:
 quoniam omnes scient me a minore
 usque ad maiorem eorum: quia propi-
 tius ero iniquitatibus eorum, et pecca-
 torum illorum iam non memorabor.
 Dicendo autem novum, veteravit

prius. Quod autem antiquatur et
 senescat: prope interitum est. **ix.**

Habuit quidem et prius
 iustificationes culture,
 et sanctum seculare Taber-
 naculum enim factum est primum: in
 quo erant candelabra et mensa
 et propositio panum quod dicitur sanc-
 tum. Post velamentum autem secundum
 tabernaculum quod dicitur sancta
 sanctorum: aureum habens thuribu-
 lum, et arcam testamenti circumtec-
 tam ex omni parte auro: in qua
 vna aurea habens manna, et vir-
 ga aaron que fronduerat, et tabu-
 le testamenti. Super eam cherubin
 glorie obumbrantia propitiatorum:
 de quibus non est modo dicendum per
 singula. His vero ita compo-
 sitis: in priori quidem tabernaculo,
 semper introibant sacerdotes sacri-
 ficiorum officia consummantes. In secu-
 do autem semel in anno solus pon-
 tificex non sine sanguine quem offert
 pro sua et populi ignorantia:
 hoc significante spiritu sancto
 nondum prolatam esse sanctorum
 viam, adhuc prore tabernaculo
 habente statum. Que parabola
 est temporis instantis: iuxta quam
 munera et hostie offeruntur: que
 non possunt iuxta consuetudinem per-
 fectum facere servientem solummodo in
 cibis et in potibus et variis bap-
 tismatibus, et iusticiis carnis usque
 ad tempus correctionis impo-
 sitis. Christus autem assistens pontifex
 futurorum honorum, amplius et per-
 fectius tabernaculum non manu-
 factum, id est non huius creationis.

neq; per sanguinē hyrcorū et vitulorū: sed per ppriū sanguinē introiuit semel in sancta. eterna redemptione iuenta. Si enī sanguis hyrcorū et taurorū et cinis vitule aspsus inquinatos sanctificat ad emūdaconē carnis: qñ tomagis sanguis xpī qui p spm sanctū semetipm optulit imaculatū deo emūdauit consciaā vrām ab opib; mortuis ad seruiendū deo viuenti. Et ideo noui testamenti mediator est: ut morte intercedente in redemptione earū puaritacionū que erāt sub puori testamento. repromissionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. Vbi enī testamentū: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentū enī in mortuis confirmatū est. Alioquin nondū valet: dū uiuit qui testatus est. Vnde nec primū quidem sine sanguine dedicatū est. Lecto enī omni mandato legis a moyse uniuerso pplō: accipiens sanguinē vitulorū et hyrcorū cū aqua et lana cocinea et ysopo. ipm quoq; librū et omnē pplm aspersit dicens. Hic sanguis testamenti: quod mandauit ad vos deus. Etiam tabnaailū et omnia uasa ministerij. sanguinē similiter aspsit. Et omnia pene in sanguine mūdantur scdm legem: et sine sanguinis effusione nō fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem celestū hys mūdari: ipā autē celestia meliorib; hostijs q̄ istis. Non enī in manufactis sanctis ihesus introiuit exempla-

ria verorū. sed in ipm celū: ut appareat nūc vultui dei pro nobis. Neq; ut sepe offerat semetipm: quemadmodū pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eū frequenter pati ab origine mūdi. Nunc autem semel in consummacione seculorū ad destitucionē peccati per hostiam suā apparuit. Et quemadmodū statutū est hominib; semel mori. post hoc autē iudiciū: sic et xpūs semel oblatus ad multorū exhaurienda peccata. secundo sine pccō apparebit expectantib; se in salutem. **R.**

Ubram enī habens lex bonorū futurorū. non ipām ymaginē rerū: p singulos annos hysde ipis hostijs quas offerunt indesinenter. nūq̄ potest accedentes pfectos facere. Alioquin cessassent offerri: ideo quod nullam haberent ultra consciam peccati cultores semel mūdanti. Sed in ipsis cōmemoracio pccōrū per singulos annos fit. Impossibile enī est sanguine taurorū et hyrcorū auferri pccā. Ideo ingredies mūdū dicit. Hostiam et oblationem nolui: corpus autē aptasti michi. Holocaustomata et p pccō nō tibi placuerunt. Tunc dixi: ecce venio. In capite libri scriptū est de me: ut faciam deus voluntatē tuam. Superius dices quia hostias et oblationes et holocaustomata et pro pccō nolui: nec placata sunt tibi que scdm

legem offeruntur. tunc dixi ecce ve
 nio ut faciam deus voluntate tu
 am: aufert primū ut sequens sta
 tuat. In qua voluntate sanctificati
 sumus per oblationē corporis ihu
 xpi semel. Et omnis quidē sacer
 dos presto est. cotidie ministrans:
 et easdem sepe offerens hostias.
 que nūquā possunt auferre pccā
 Hic autē vnā pro pccā offerens
 hostiā. in sempiternū sedet in dex
 tera dei. de cetero expectans donec
 ponantur iūmia eius scabellū pe
 dū eius. Vna enī oblatione con
 sūmavit in sempiternū sanctifica
 tos. Contestatur autē nos et spi
 ritus sanctus. Postquā enī dixit.
 hoc autē testamentū qd testabor
 ad illos post dies illos dicit dñs.
 dando leges meas in cordibz eoz.
 et in mentibz eozū subscribam
 eas: et pccōrū et iniquitatū eozū
 iam nō recorda
 plus. **U**bi at
 missio: iam nō
 oblacio pro
 pccō. **H**abentes itaqz fratres fidu
 ciam in introitu sanctorū in san
 guine xpi. quā inuauit nobis
 viam nouam et viuētem p ve
 lamē id est carnē suā et sacer
 dotem magnū sup domū dei.
 accedam⁹ cū vero corde in pleni
 tudine fidei. aspersi corda a con
 sciencia mala. et abluti corpus
 aqua mūda: teneam⁹ spei nrē
 confessionē incedinabilem fide
 lis enī est. qui repromisit. Et con
 sideremus iūcem in prouocatio
 nem caritatis et bonorū operū.
 nō deserentes collectionē nostrā.

sicut est consuetudinis quibus
 dam: sed consolantes. et tanto
 magis quāto videritis appropi
 quantē diem. **V**olūtate enim
 peccantibz nobis post acceptā
 noticiam veritatis: iam nō re
 linquitur pro pccā hostia. Ter
 ribilis autē quedam expectatio
 iudicij: et ignis emulatio. que cō
 sumptum est aduersarios. **I**rritū
 quis faciens legem moysi: sine
 ulla miseratione duobz vel tribz
 testibz moritur. **Q**uāto magis pu
 tatis deteriora mereri supplicia
 qui filiū dei conculauerit: et
 sanguinē testamenti pollutum
 duxerit. in quo sanctificatus ē.
 et spiritui gracie contumeliā fe
 cerit. **S**ciam⁹ enī qui dixit. **N**ich
 i vindictam: ego retribuam. Et
 iterū. **Q**uia iudicabit dñs po
 pulū suū. **H**orrendū est inādere
 in manus dei viuētis. **R**emēo
 ramū autē pristinos dies: in quibz
 illuminati magnū certamē sus
 tinuistis passionū. Et in altero
 quidē obprobrijs et tribulacōibz
 spectaculū facti: in altero autem
 socij taliter conuersanū effecti.
Nam et vinctis compassi estis.
 et rapinā bonorū vestrorū cū gau
 dio suscepistis: cognoscentes vos
 habere meliorē et manentē sub
 stanciam. **N**olite itaqz amittere
 confidenciā vrām: que magnā
 habet remuneracionē. **P**aciēcia
 enī vobis necessaria est: ut volū
 tatem dei facientes reportetis p
 missionem. **A**dhuc enī modicū ali
 quantulū. qui venturus ē veni

et: et nō tuedabit Iustus autē me-
us ex fide uiuit. Quod si subtrax-
erit se: nō placebit anime mee.
Nos autē nō sum' subtractionis
filij in pdicationē: sed fidei in acq-
sitionem anime. **xi.**

Et autē fides speranda
rū substantia rerū. ar-
gumentū nō appareāū

In hac enim testimoniū consecuti
sunt senes fide intelligim' apta
ta esse secula verbo dei: ut ex in-
uisibilibz visibilia fierent. fide plu-
rimā hostiam abel q' cayn obtu-
lit deo: per quam testimoniū cō-
secutus est esse iustus. testimoniū
phibente muneribz eius deo: et
per illā defunctus adhuc loquit'
fide enoch translatus est ne uideret
mortē: et nō inueniebatur. quia trā-
tulit illū deus. Ante translacionē
enī testimoniū habuit placuisse de-
o. Sine fide autē impossibile est
placere deo. Credere enī oportet acce-
dentē ad deū. quia est: et inquire-
tibz se remunerator fit. fide noe res-
ponso accepto de hys que adhuc
nō uidebantur. metues aptauit
archam in salutē domus sue. per
quā dampnauit mūdū: et iusti-
cie que per fidem est heres est isti-
tutus. fide qui uocatur abraham
obediuit in locū exire. quē acceptu-
rus erat in hereditatē: et exiit nes-
ciens quo uer. fide demoratus est
in terra repromissionis tanqm in
aliena: in casulis habitando cū
ysaac et iacob cohēredibz repmissi-
onis eiusdem. Expectabat enī fun-
damenta habentē ciuitatē: ciuis

artifex et conditor deus. fide et ip-
sa fara sterilis uirtutē in concepi-
one seminis accepit. etiā preter tē-
pus etatis: qm fidelem credidit
esse eum qui repromiserat. **P**ter
quod et ab uno orta sunt: et hoc
emortuo. tanqm sidera celi ī mul-
titudine. et sicut harena que est
ad oram maris innumerabilis.

Iuxta fidem defuncti sūt omnes
isti. nō acceptis repmissionibz: s'
ālonge eas aspicientes. et salutan-
tes. et confitentes quia peregrini
et hospites sunt super terram.
Qui enī hec dicunt significāt se
patriā inquirere. Et siquidē illius
meminissent de qua exierūt: ha-
bebant utiqz tempus reuertendi.
Nunc autē meliorem appetunt.
id est celestem. Ideo nō confundit
deus. uocari deus eorū. Parauit
enī illis ciuitatem. fide optulit
abraham ysaac cū temptaretur.
et unigenitū offerebat qui susce-
perat repromissiones: ad quem
dictū est. quia in ysaac uocabit
tibi semen: arbitrans quia et a-
mortuus suscitare potens ē deus.
Vnde enī et in parabolā accepit
fide et de futuris bñdixit ysaac
iacob et esau. fide iacob moriens
singulos filiorū ioseph bñdixit:
et adorauit fastigiū virge eius.
fide ioseph moriens de pfectione
filiorū isrl memoratus est: et de
ossibus suis mandauit. fide mo-
yses natus occultatus est mensi-
bus tribus a parentibus suis. eo
quod uidissent elegantem infan-
tem: et nō timuerunt regis edic-

tū fide moyses grandis factus. ne
 gavit se esse filiū filie pharaonis?
 magis eligens affligi cū p̄lo dei.
 q̄ temporalis pecunia habere iocū
 ditatem. maiores diuicias estimās
 thesauro egiptiorū imperiū xp̄i
 Aspiciebat enī in remuneracionē
 fide reliquit egiptū. nō ueritas
 animositatē regis Inuisibilem
 enī tanqm̄ uidens sustinuit. fide
 celebrauit pascha. et sanguinis
 effusionem. ne qui uastabat pu
 nitua tangeret eos fide transie
 runt mare rubrū tanqm̄ per ari
 dam terram. quod experti egipti
 deuorati sunt fide muri ihericho
 corruerūt. arauitū dierū septem
 fide raab meretrix nō perijt cū
 incredulis. exapiens exploratores
 cū pace Et quid adhuc dicam.
 Defiaet enī me tempus enarrantē
 de gedeon. barach. samson iepthe.
 dauid. samuhel. et p̄phetis. qui
 per fidem vicerunt regna. opati
 sunt iusticiam. adepti sunt rep
 missiones Obtinuerunt ora le
 onū. extinuerūt impetū ignis. ef
 fugauerūt aciem gladij. cōualue
 runt de infirmitate. fortes facti
 sunt in bello Castra uerterūt ex
 terorū. acceperūt mulieres de re
 surrectione mortuos suos Alij at
 distenti sunt. nō suscipientes re
 demptionē. ut meliorem inueniēt
 resurrectionē Alij uero ludibria
 et uerba experti. insup et uin
 cula et carceres Lapidati sunt.
 secti sunt. temptati sunt. in oca
 sione gladij mortui sunt Circu
 ierunt in melotis. in pellibz ca

primis. egentes. angustati. afflic
 ti. quibz dignus nō erat mūdus
 In solitudinibz errantes. et ī mō
 tibz. et in speluncis. et in cauer
 nis terre Et hū omēs testimonio
 fidei probati. nō acceperūt repro
 missionē. deo pro nobis melius
 aliquid prouidente ne sine nobis
 consumarentur. **xij.**

I Deoq; et nos tantam habē
 tes impositū nubem testiū.
 deponentes omne pondus.
 et aranstans nos p̄cām. per paci
 enciam curram? p̄positū nobis cer
 tamen. aspicientes in autorem
 fidei et consummatorem ihm. qui
 p̄posito sibi gaudio sustinuit crucē
 confusione contempta. atq; in dex
 tera sedis dei sedet Recognite enī
 eū qui talem sustinuit a p̄coribz
 aduersus semetipm̄ contradictio
 nem. ut nō fatigemini animus
 v̄ris deficiētes Non dū enī usq;
 ad sanguinē restitistis aduersus
 p̄cām repugnantes. et obliu estis
 consolacionis que uobis tanqm̄
 filijs loquit dicens fili mi noli
 negligere disciplinā dñi. neq; fa
 tigeris dū ab eo argueris Quē
 enī diligit dñs castigat. flagel
 lat autem omnē filiū quē recipit
sum. propter nomen domini ihesu. Et cum ei suadere non possemus: quiescimus dicentes. Domini voluntas fiat. Post dies autem istos preparati ascendebamus iherosolimam. Venerunt autem et ex discipulis a cesarea nobiscum: adducunt apud quem hospitarem. iasonem quendam cyprium antiquum discipulum. Et cum venissemus iherosolimam: libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat paulus nobiscum ad iacobum: omnesque collecti sunt seniores. Quos cum salutasset: narrabat per singula que fecisset de gentibus per ministerium ipsius. At illi cum audissent: magnificabant deum. Dixeruntque ei. Vides frater quot milia sunt in iudeis qui crediderunt: et omnes emulatores sunt legis. Audierunt autem de te quia discessionem doceas a moysese eorum qui per gentes sunt iudeorum: dicens non debere eos circumcidere filios suos. neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est. Utique oportet conuenire multitudinem. Audient enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi diamus. Sunt nobis viri quatuor: votum habentes super se. His assumptis sanctificante cum illis: et impende in illis ut radant capita: et faciant omnes quia que de te audierunt falsa sunt: sed ambulans et ipse custodiens legem. De his autem qui crediderunt ex gentibus nos scripsimus: iudicantes ut abstineant se ab ydolis immolato et sanguine et suffocato. et fornicatione. Tunc paulus

assumptis viris postera die purificatus cum illis intrauit in templum: annuntians expletionem dierum purificationis. donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio. Dum autem septem dies consumarentur: hi qui de asya erant iudei cum vidissent eum in templo conatuverunt omnem populum: et iniecerunt ei manus clamantes. Viri israhelice adiuuate. Hic est homo qui aduersus populum et legem et locum hunc. omnes ubique docens. insuper et gentiles induxit in templum: et violauit sanctum locum istum. Viderant enim trophimum ephesum in ciuitate cum ipso: quem estimauerunt quoniam in templum introduxisset paulus. Comotaque est ciuitas tota: et facta est concursio populi. Et apprehendentes paulum trahebant eum extra templum: et statim clausa sunt ianue. Querentibus autem eum occidere: nuntiatus est tribuno cohortis. quia tota confunditur iherosolimam. Qui statim assumptis militibus et centurionibus: decurrunt ad illos. Qui cum vidissent tribunum et milites: cessauerunt percutere paulum. Tunc accedens tribunus apprehendit eum: et iussit alligari catenis duabus: et interrogabat quis esset et quid fecisset. Alii autem aliud clamabant in turba. Et cum non posset certum cognoscere pro tumultu: iussit duci eum in castra. Et cum venisset ad gradus: contigit ut portaretur a militibus propter vim populi. Sequebatur enim multitudo populi clamans. Tolle eum. Et cum cepisset induci in castra: paulus dicit tri-

buno
ad r.
ne tu
numu
desert
roy.
homo
fo alia
niceps
loqui
ser: pau
mit m
no sile
brayn

C autem
retur ad
silenciu
iudeus
tus autē
des gram
ritatem
legis fia
die: qui
usq; ad n
in custodi
paniceps
reddit. et
quib; et
tres dam
inde vni
factū est
quante
de celo a
et deade
dicente
me pfe
Quis

buno Si licet michi loqui aliquid ad te. Qui dixit Grece nosti. Nonne tu es egyptius qui ante hos dies tumultum concitasti: et eduxisti in desertum quatuor milia virorum scitariorum. Et dixit ad eum paulus Ego homo sum quidem iudeus a tharso aliae: non ignore civitatis municeps. Rogo autem te: permittite michi loqui ad populum. Et cum ille permisisset: paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem. Et magno silencio facto: allocutus est hebraice lingua dicens **xxii.**

Atri fratres et patres audite quam ad vos nunc redodo rationem. Cum audisset autem quia hebraice lingua loqueretur ad illos: magis presiterunt silentium. Et dixit. Ego sum vir iudeus natus tharso aliae. nutritus autem in ista civitate secus pedes gamaliel: eruditus iuxta veritatem paterne legis. emulator legis sicut et vos omnes estis hodie: qui hanc viam persecutus sum usque ad mortem. alligans et tradens in custodias viros ac mulieres. sicut princeps sacerdotum michi testimonium reddit. et omnes maiores natu: a quibus et epistolas accipiens ad fratres damascum pergebam. ut adducerem inde vinctos in iherosolimam ut punirentur. Factum est autem eunte me et appropinquante damasco. media die subito de celo circumfulsit me lux copiosa: et decedens in terram audiui vocem dicentem michi Saule saule quid me persequeris. Ego autem respondi Quis es domine. Dixitque ad me Ego

sum ihesus nazarenus: quem tu persequeris. Et qui mecum erant lumen quidem viderunt: vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum. Et dixi Quid faciam domine. Dominus autem dixit ad me Surgens vade damascum: et ibi tibi dicetur de omnibus que oporteat te facere. Et cum non viderem pro claritate luminis illius: ad manum deductus a comitibus veni damascum. Ananias autem quidam vir secundum legem testimonium habens ab omnibus habitantibus iudeis: veniens ad me et astans dixit michi Saule frater respice. Et ego eadem hora respexi in eum. At ille dixit Deus patrum nostrorum preordinavit te ut cognosceres voluntatem eius et videres iustum. et audires vocem ex ore eius: quia eris testis illius ad omnes homines eorum que vidisti et audisti. Et nunc quid moraris. Exurge et baptizare: et ablue peractum tuum. invocato nomine ipsius. Factum est autem revertenti michi in iherosolimam et oranti in templo. fieri me in stupore mentis: et videre illum dicentem michi Festina et exi velociter ex iherosolima: quoniam non recipient testimonium tuum de me. Et ego dixi Domine ipse scit: quia ego eram concludens in carcerem. et cedens per synagogas eos qui credebant in te. Et cum funderetur sanguis stephani testis tui: ego astabam et consensiebam et custodiebam vestimenta interficientium illum. Et dixit ad me Vade: quoniam ego ad nationes longe mittam te. Audiebant autem usque

ad hoc verbū: et leuauerūt vocem suam dicentes **Tolle** de terra eius modi. **Non** enī fas est eum viuere. **Proferant** autē eis et p̄aentibus vestimenta sua. et puluerem iactantibz in aerem: iussit tribunus induci eū in castra. et flagellis cedi et torqueri eū: ut sciret p̄pter quam causam sic acclamarēt ei. **Et** cū astrinxissent eū locis: dixit astanti sibi centurioni paulus **Si** hominē romanū et indep̄natū licet vobis flagellare. **Quo** audito. centurio accessit ad tribunū: et nūciauit dicens **Quid** acturus es. **Hic** enī homo cuius romanus est. **Accedens** autē tribunus dixit illi **Dic** michi si tu romanus es. **At** ille dixit **Etiam** **Et** respondit tribunus **Ego** multa sūma ciuitatem hanc consecutus sū. **Et** paulus ait **Ego** autē et natus sum. **Protinus** ergo discesserūt ab illo qui eū torturi erant. **Tribunus** quoqz timuit posth̄ resciuit quia cuius romanus esset: et quia ligasset eū. **Postera** autē die volēs scire diligentiā qua ex causa accusaretur a iudeis. soluit eū: et iussit sacerdotes cōuenire et omne cōsiliū: et p̄ducens paulū statuit iter. **Ascendens** autē **xxiiij.** **Illis** cōsiliū paulus ait **Viri** fratres: ego omni cōsaenā bona conuersatus sū ante deum. usqz in hodiernū diem. **Princeps** autē sacerdotū ananias p̄cepit astantibz sibi p̄cutere os eius. **Tunc** paulus ad eū dixit **Pauca** te deus p̄uocet dealbate. **Et** tu sedens iudicabis

me sc̄dm legem: et contra legem iubes me p̄cuti. **Et** qui astantibz dixerunt **Sūmū** sacerdotem dei maledicis. **Dixit** autē paulus **Respondebam** fratres: quia princeps est sacerdotū. **Scriptū** est enī **Princeps** ppli tui nō maledices. **Scies** autē paulus quia vna pars esset saduceorū et altera phariseorū: exclamauit in consilio **Viri** fratres ego pharizeus sū filius phariseorū: de spe et resurrectione mortuorū ego iudicor. **Et** cū hec dixisset: facta est dissēnācio inter phariseos et saduceos. et soluta est multitudo. **Saducei** enī dicūt nō esse resurrectionē: neqz angelū neqz sp̄m. **Pharisei** autē utraqz confitentur. **Facta** est autē clamor magnus. **Et** arguentes quidā phariseorū: pugnantibz dicentes **Nichil** mali inuenimus in homine isto. **Quid** si sp̄s locutus est ei aut angelus. **Et** cū magna dissēnācio facta esset: timēs tribunus ne discerperetur paulus ab ipsis. iussit milites descendere. et rapere eū de medio eorū. ac deducere eū in castra. **Sequenti** autē nocte assistens ei dñs ait **Constans** esto. **Sicut** enī testificatus es de me in iherosolimis: sic oportet te rome testificari. **Facta** autē die collegerunt se quidam ex iudeis: et deuouerūt se dicentes. neqz manducaturos neqz bibituros donec occiderēt paulū. **Erant** autē plusqz quadraginta viri: qui hanc cōiurācionem fecerant. **Qui** accesserunt ad principes sacerdotū et seniores: et dixerunt **Deuocione** deuouimus nos

nichil
paulū
tribunū
ad vos
natur
propie
Quod
h infid
tra. nū
paulus
ait Ad
bunū: n
illi Et
dixit a
paulus
tem p̄
loqui t
bunus
seorsū: e
quod ha
autē dicit
re. ut tras
in consiliū
inquisiti
credideris
ex eis v
ta: qui se
re neqz bi
eū Et nū
pmissū t
sicut adolef
loqueret
Et conu
dixit ill
ut ante
sep̄tiag
a terra
parare
saluū p̄
dem: se

nichil gustaturos: donec occidam⁹
 paulū. Nunc ergo vos notū facite
 tribuno cū consilio. ut adducat illū
 ad vos: nunquā aliquid certus cog-
 nituri de eo. Nos vero priusq̄ ap-
 propiet parati sum⁹ interficē illū.
 Quod cū audisset filius sororis pau-
 li insidias: venit et intravit in cas-
 tra. nūciavitq̄ paulo. Vocans autē
 paulus ad se unū ex centurionibz
 aut Adolescentē hunc pduc ad tri-
 bunū: habet enī aliquid indicare
 illi. Et ille quidem assumens eū.
 duxit ad tribunū: et ait. Vincit
 paulus cognuit me hunc adolescē-
 tem pducere ad te: habentē aliqd
 loqui tibi. Apprehendens autē tri-
 bunus manū illius secessit cū eo
 seorsū: et interrogavit illū. Quid ē
 quod habes indicare michi. Ille
 autē dixit. Iudeis cōuenit cognere
 te. ut crastina die paulū pducis
 in consiliū: quasi aliquid certus
 inquisituri sint de illo. Tu vero ne
 credideris illis. Insidiantur enī ei
 ex eis viri amplius q̄ quadragin-
 ta: qui se deuouerūt nō manduca-
 re neqz bibere. donec interficiant
 eū. Et nūc parati sunt expectātes
 pmissū tuū. Tribunus igit dimi-
 sit adolescentē: precipiens ne cui
 loqueretur qm̄ hec nota sibi fecisset.
 Et conuocatis duobz centurionibz:
 dixit illis. Parate milites ducētos
 ut eant usqz cesaream. et equites
 septuaginta. et lancearios ducētos.
 a tertia hora noctis. et iumenta p̄-
 parate: ut imponentes paulū eū
 saluū pducerent ad felicem presi-
 dem: scribens ei epistolam continē-

tem hec. Claudius lysias optimo
 p̄sidi felix. salutem. Virū hunc cō-
 prehensū a iudeis et incipientem
 interfici ab eis. supueniens cū ex-
 ceratu eripui: cognito quia roma-
 nus est. Volens qz scire causā quā
 obiebant illi: deduxi eū in consi-
 liū eorū. Quem iuēni accusari de
 questionibz legis ipsorū: nichil vero
 dignū morte aut vinculis haben-
 tem crimen. Et cū michi placū esset
 de insidijs quas parauerant ei:
 nisi ad te denūcians et accusatori-
 bus ut dicant apud te. Vale. Mi-
 lites ergo scdm̄ preceptū sibi assu-
 mentes paulū: duxerūt p noctem
 in antipateridem. Et postera die
 dimissis equitibz ut uent cū eo:
 reuersi sunt ad castra. Qui cū ve-
 nissent cesaream et tradidissent
 epistolā p̄sidi: statuerunt ante
 illū et paulū. Cū legisset autē et
 interrogasset de qua puincia esset
 et cognoscens quia de alicia: au-
 diam te inquit cū accusatores tui
 venerint. Iussitqz in pretorio hero-
 dis custodiri eum. **xxiii.**

Post quinque autē dies
 descendit princeps sacer-
 dotū ananias cū senio-
 ribus quibusdam et tertullo quo-
 dam oratore: qui adierūt p̄sidem
 adūsus paulū. Et citato paulo:
 cepit accusare tertullus dicens.
 Cū in multa pace agamus per-
 te. et multa corrigantur per tuā
 puidentā: semp et ubiqz suscepi-
 mus optime felix cū omni grati-
 arū actione. De diuicijs autē te
 p̄traham: oro breuiter audias

nos pro tua clemencia Inuenim⁹
hunc hominē pestiferū et conatū
tem seditiones omībz iudeis in v
niūso orbe. et auctore seditionis
secte nazarenorū: qui etiam tem
plū violare conatus est. Quē et
apprehensū volum⁹ scdm legem
nostrā iudicare. Supueniens at
tribun⁹ lysias cū vi magna eripu
it eū de manibz nr̄is. iubens accu
satores eius ad te venire: a quo
poteris ip̄e iudicans de omībus
istis cognoscē. de quibz nos accu
samus eū. Adierunt autē et iu
dei: dicentes her̄ itē se habere.
Respondit autē paulus: anuen
te sibi preside dicere. Ex multis
annis esse te iudicem genti huic
faciens: bono animo pro me satis
faciam. Potes enī cognoscē quia
nō plus sunt dies michi q̄ duo
decim. ex quo ascendi adorare in
iher̄solim: et neqz in templo iuenerūt
me cū aliquo disputante. aut con
cursum faciente turbe. neqz in sy
nagogis neqz in ciuitate. neqz p
bare possunt tibi de quibz nunt
accusant me. Confiteor autē hoc
tibi qd̄ secundū sectam quā dicūt
heresim sic deseruo p̄i deo meo.
credens omībz que in lege et p̄phe
tis scripta sunt: spem habens ī
deū quā et h̄yipsi expectant re
surrectionē futurā iustoz et ini
quorū. In hoc et ip̄e studeo sine
offendiculo conscia habere
ad deū. et ad homines semper.
Post annos autē plures elemo
sinas facturū in gentem meā.
veni et oblationes et vota: in

quibz iuenerunt me purificatū in
templo nō cū turba neqz cū tumultu.
Quidam autē ex asya iudei
quos oportebat apud te presto eē.
et accusare si quid haberent aduer
sū me: aut h̄yipsi dicant si quid
iuenerūt in me iniquitatis cum
stem in consilio. nisi de una hac
solūmō voce qua clamaui inter
eos stans. qm̄ de resurrectione mor
tuorū ego iudicor hodie a vobis.
Distulit autē illos felix. certissime
sciens de via dicens. Cū tribunus
lysias descenderit: audiam vos.
Iussitqz centurioni custodire eū et
habere requiem: nec quemqz p̄hi
bere de suis ministrare ei. Post ali
quot autē dies veniens felix cum
drusilla vxore sua que erat iudea.
vocauit paulū: et audiuit ab eo
fidem que est in ih̄m xp̄m. Dispu
tante autē illo de iusticia et casti
tate et de iudicio futuro: tremefac
tus felix respondit. Quod nūc at
tinet vade: tempore oportuno ac
cersiam te: simul et sperans quia
peunia daretur a paulo. P̄ter
quod et frequenter accersiens eū:
loquebatur cū eo. Biennio autē
expleto: accepit successorē felix
porciū festū. Volens autē graciā
prestare iudeis felix: reliquit pau
lum vinctum. **xxv.**

Festus ergo cū venisset
in puinaam: post tridu
um ascendit iherosoli
mam a cesarea. Adieruntqz eū
principes sacerdotū et primi iude
orū aduersus paulū: et rogabāt
eū postulantes graciā aduersus

eū ut iuberet p̄duca eū in iherosolimam: insidias tendentes ut eū interficerēt in via. **Festus** autē respondit seruari paulū in cesarea: se autē maturus p̄fecturū. **Qui** ergo in vobis ait potentes sunt: descendentes simul. si quod est in viro crimen accusent eū. **Demoratus** autē inter eos dies nō amplius quam octo aut decem: descendit cesaream. **Et** altera die sedit pro tribunali: et iussit paulū adduci. **Qui** cū p̄ductus esset: arcūsteterūt eū qui ab iherosolima descenderant iudei. multas et graues causas obiaentes. quas nō poterant probare. **Paulo** autē rationē reddente: qm̄ neq; in legem iudeorū neq; in templū neq; in cesarem quicq; peccauit. **Festus** autē volens iudeis gratiam prestare: respondens paulo dixit. **Vis** iherosolimā ascendere? et ibi de hys iudicari apud me. **Dixit** autē paulus. **Ad** tribunal cesaris sto: ubi me oportet iudicari. **Iudeis** nō notau: sicut tu melius nosti. **Si** enī notau aut dignū morte aliquid feci: nō recuso mori. **Si** vero nichil est eorū que hy accusant me: nemo potest me illis donare. **Cesarem** appello. **Tunc** festus cū consilio locutus respondit. **Cesarem** appellasti: ad cesarem ibis. **Et** cum dies aliquot transacti essent: agrippa rex et bernice descenderūt cesaream. ad salutandū festū. **Et** cū dies plures ibidem morarentur: festus regi idicauit de paulo dicens. **Vir** quidā est derelictus a felice vinctus: de quo

cū essem iherosolimis adierunt me principes sacerdotū et seniores iudeorū. postulantes aduersus illum damnationē. **Ad** quos respondi: quia nō est consuetudo romanis donare aliquem hominē priusq; is qui accusatur p̄sentes habeat accusatores: locūq; defendendi accipiat ad abluenda crimina. **Cū** ergo huc cōuenissent: sine ulla dilacione sequenti die sedens pro tribunali. iussi adduci virū. **De** quo cū steterissent accusatores: nullam causam deferebant de quibz ego suspicabar malū. **Questiones** vero quasdam de sua sup̄stitione habebant aduersus eū: et de quodā ihesu defuncto. quē affirmabat paulus viuere. **Hesitans** autē ego de huiusmodi questione: dicebā si vellet ire iherosolimā. et ibi iudicari de istis. **Paulo** autē appellante ut seruaretur augusti cognationi: iussi seruari eū donec mittam eū ad cesarem. **Agrippa** autē dixit ad festū. **Volebam** et ipse hominē audire. **Eras** inquit audies eum. **Altera** autē die cū venisset agrippa et bernice cū multa ambitione et introissent in auditoriū cū tribunis et viris principalibz ciuitatis: iubente festo adductus est paulus. **Et** dixit festus. **Agrippa** rex et omēs qui simul adestis nobiscū viri: videtis hunc hominē de quo omnis multitudo iudeorū interpellauit me iherosolimis. petentes et acclamantes. nō oportet eū viuere amplius. **Ego** vero coniperi nichil dignū eū mori.

re admisisse. Ipſo autē hoc appellan-
te: ad augustū iudicium mittere
De q̄ qd certū scribam dño nō ha-
beo. **P**ter quod p̄dixi eū ad vos.
et maxime ad te rex agrippa: ut ī
terrogatione facta habeam quid
scribam. Sine ratione enī michi
videtur mittere vinctū: et causam
eius nō significare. **xxvii.**

Culpa vero ad paulū
aut **P**mittitur tibi loq̄
pro temetipſo. **T**unc
paulus extēta manu cepit rati-
onē reddere. De omnibz quibz accu-
ſor a iudeis rex agrippa. estimo me
beatū apud te. cū sim defensurus
me hodie: maxime te ſciente omnia
que apud iudeos ſunt conſuetudi-
nes et queſtiones. **P**ter quod ob-
ſecro patienter me audias. **E**t qui-
dem vitā meam a iuuentute que
ab initio fuit in gente mea ihero-
ſolimis. nouerūt omēs iudei p̄ſa-
cutes me ab initio. ſi velint teſtā-
nū p̄hibere: qm̄ ſcđm̄ certiffimā
ſectam noſtre religionis vixi pha-
riſeus. **E**t nūc in ſpe que ad p̄res
noſtros repromiſſionis facta eſt
a deo ſto iudicio ſubiectus: ī qua
duodecim tribus n̄re nocte ac die
ſeruentes ſperant deuenire: de
qua ſpe accuſor a iudeis rex. **Q**uid
incredibile iudicatur apud vos ſi
deus mortuos ſuſcitāt. **E**t ego q̄
dem eſtimaueram me aduerſus
nomen ihu nazareni debere mul-
ta contraria agere: quod et feci
iheroſolimis. **E**t multos ſanctorū
ego in carceribz incluſi: a princi-
pibus ſacerdotū poteſtate accepta

Et cū occiderent detuli ſententiā:
et per omēs ſynagogas frequēter
p̄ueniens eos compellebā blaſphe-
mare: et amplius inſaniens in
eos. p̄ſequebar uſq; in externis ci-
uitates. **I**n quibz dū irem damas-
cum cū poteſtate et p̄miſſu prin-
cipū ſacerdotū: die media in via
vidi rex de celo ſupra ſpendorē
ſolis arāfulſiſſe me lumē. et eos
qui meā ſimul erant. **O**mnēs qz
nos cū deceſſem⁹ in terrā: audi-
ui vocem loquentem michi hebra-
ica lingua. **S**auile ſauile quid me
p̄ſequeris. **D**urū eſt tibi contra
ſtimulū calatrare. **E**go autē dixi.
Quis eſ dñe. **D**ñs autē dixit.
Ego ſū ihus. quē tu p̄ſequeris. **R**e-
exurge. et ſta ſup pedes tuos. **A**d
hoc enī apparui tibi. ut conſtituā
te miniſtrū. et teſtem eorū que vi-
diſti et eorū quibz apparebo tibi:
eripiens te de populis et gentibz
in quas ego nūc mittam te ap̄ire
oculos eorū: ut conuertantur a te-
nebris ad lucem. et de poteſtate ſa-
thane ad deum: ut accipiant re-
miſſionē p̄ccorū et ſortem int̄ ſcōs.
per fidem que eſt in me. **U**nde rex
agrippa nō fui incredulus ceſti-
uſioni: ſed hys qui ſūt damas-
ca primū et iheroſolimis et per
omnē regionē iudee. et gentibz ā-
nūciabam ut penitentiā agerēt:
et conuertentur ad deū digna pe-
nitentię opera facientes. **H**ac ex
cauſa me iudei cū eſſem in tēplo.
comphēſū temptabant volētes
me interficere. **A**urilio autē adiut⁹
dei uſq; in hodiernū diem ſto. teſ-

nificans minoru atq; maiori: nichil
 extra dicens q̄ ea que p̄phete s̄t
 locuti futura esse et moyses Si
 passibilis xp̄us. si primus ex re-
 surrectione mortuorū: lumen an-
 nūciaturus est populo et gentib;
 Nec loquente eo et rationem red-
 dente: festus magna voce dixit
 Insanis paulē. Multe te lettere
 ad insaniam conūtunt Et pau-
 lus Non insano inquit optime
 feste: sed veritatis et sobrietatis
 verba eloquor. Sat enī de hys rex:
 ad quē et constanter loquor. Late-
 re enī eū nichil horū arbitror: neq;
 enī in angulo quicq; horū gestū
 est. Credis rex agrippa p̄phetis.
 Sao quia credis Agrippa autē
 ad paulū In modico suades me
 xp̄ianū fieri. Et paulus Opto a-
 pud deū et in modico et ī mag-
 no nō tantū te. sed et omēs hos
 qui audiūt hodie fieri tales qua-
 lis et ego sum: exceptis vinculis
 hys. Et exsurrexit rex et preses
 et bērnice: et qui assistebant eis.
 Qui cū secessissent loquebant̄ ad
 iuicem dicentes: quia nichil mor-
 te aut vinculis dignū quid fecit
 homo iste Agrippa autē festo dix-
 it. Dimitti poterat homo hic: si
 nō appellasset cesarem. **xxvii.**

Quautē iudicātū est eū
 nauigare in ytaliam et
 trahi paulū cū reliquis
 custodib; centurioni nomine iulio
 cohortis auguste: ascendentes autē
 nauem adrumetinam incipientes
 nauigare circa asie loca sustulim;
 p̄seuerante nobiscū aristarcho ma-

cedone thessalonicense. Sequenti
 autē die deuenim; sydonem. Hu-
 mane autē tractans iulius pau-
 lum: p̄misit ad amicos ue. et ci-
 uim sui agere. Et inde cū sustulis-
 semus subnauigauim; cypriū:
 p̄pterea quod essent venti contra-
 ry. Et pelagus cylie et pamphi-
 lie nauigantes: uenimus listram.
 que est lize. Et ibi iueniens cen-
 turio nauem alexandrinā nau-
 gantē in ytaliam: transposuit nos
 in eam. Et cū multis diebus tūc
 nauigaremus. et uix deuenissem;
 contra quidū p̄hibente nos uero:
 ad nauigauim; crete iuxta salmo-
 nem. Et uix iuxta nauigantes ue-
 nim; in locū quendam. qui uoca-
 tur boni portus: cui iuxta erat
 ciuitas thalassa. Multo autē tē-
 pore pacto. et cū iam nō esset tu-
 ta nauigatio eo qd̄ ieiunū iam
 p̄terisset: consolabatur eos paul;
 dicens eis. Uix uideo qm̄ cum in-
 iuria et multo dampno nō solū
 oneris et nauis: sed etiā anima-
 rū nr̄az incipit esse nauigatio.
 Centurio autē gubernatori et
 nauidero magis credebat: quam
 hys que a paulo dicebantur. Et
 cū aptus portus nō esset ad hye-
 mandū: plurimi statuerunt con-
 silū nauigare inde: si quomodo
 possent deuenientes p̄uenire
 hyemare. portū crete respicientē
 ad affricā et ad chorū. Aspirante
 autē austro. estimantes p̄positū
 se tenere: cū sustulissent de asson.
 legebant cretam. Non post mul-
 tum autē misit se contra ipsam

ventus typhonicus: qui vocatur euro aquilo. Cūq; arrepta esset nauis. et nō posset conari in ventū: data nauē flatibus ferebamur. In sulam autē quandā decurrentes q̄ vocatur cauda: potuim⁹ vir optinere scāpham. Quia sublata ad iutorijs utebantur. accingentes nauem: timentes ne in syrtim inciderent sumisso vase sic ferebantur. Valida autē nobis tempestate iactatis sequenti die iactū fecerunt: et tertia die suis manib; armamenta nauis piecerūt. Neq; sole autē neq; siderib; apparentib; p̄ plures dies. et tempestate nō exigua imminente: iam ablata erat spes omnis salutis nostre. Et cū multa ieiunatio fuisset: tunc stans paulus in medio eorū dixit. Oportebat quidem o viri audito me nō tollere a creta: lucariq; facere iuriam hanc et iacturam. Et nūc suadeo vobis bono animo esse. Amissio enī nullius anime erit ex vobis: p̄terqm̄ nauis. Astat enī michi hac nocte angelus dei. cuius sum ego. et cui deserui. dicens. Ne timeas paulus: cesari te oportet assistere. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecū. **¶** Quod bono animo estote viri. Credo enī deo meo: quia sic erit. quē admodū dictū est michi. In insulam autē quandam oportet nos deuenire. Sed postea q̄ q̄rtadecim die nox supuēnit: nauigantibus nobis in adua circa mediam noctem suspicabantur nauē apparere sibi aliquā regionē. Qui et sum

mittentes bolidem iuenerunt passus viginti: et pusillū separati idē iuenerūt passus quindecim. Timentes autē ne in aspera loca incidere mus: de puppi mittentes anchoras quatuor. optabant diem fieri. Nauis vero querentib; fugere de nauē. cū misissent scāpham in mare. sub obrentu quasi inciperent a proa anchoras extendere: dixit paulus centurioni et militibus. **¶** Nisi hi in nauē manserint: vos salui fieri nō potestis. Tunc absciderunt milites funes scāphe: et passi sunt eam exadere. Et cū lux inciperet fieri: rogabat paulus omnes sumere abū. dicens. Quarta decima die hodie expectantes ieiunij p̄manetis: nichil accipientes. **¶** Propter quod rogo vos accipe abum. pro salute v̄ra: quia nullius v̄m capillus de capite p̄bit. Et cū hec dixisset: sumens panē graas egit deo in conspectu oīm. Et cū fregisset: cepit manducare. Anime quiores autē facti omēs: et ipsi assumpserunt abū. Erant vero vniūse anime in nauē ducte septuaginta sex. Et facti cibo alleuiabant nauem: iactantes tritici in mare. Cū autē dies fact⁹ esset terram nō agnoscebant: sinū vero quendā considerabant habentem litus: in quē cogitabant si possent eicere nauem. Et cū anchoras sustulissent. comittebant se mari: simul laxantes iuncturas gubernaculorū. Et leuato arthemone: secundū aure flatū tendebant ad litus. Et cū inadissemus in locū

bitalā
proa q
bilis: p
vi mar
fuit ut
quis cū
turo a
phibui
sent na
mos et
Et creto
bant: qu
u exant
anime
¶
Sābar
diam h
sa enī p
p̄ter ym
frigus
lus sarm
dinē et
vipera a
sic manū
barbari
nu eius:
homicide
tuasent
ur vuer
ous best
mali pas
cū in tim
to casue
specant
in eo fier
cū esse de
p̄dia p
publi: a

bitilassū: impegerunt nauē Et
 proza quidem fixa manebat imo-
 bilis: puppis vero soluebatur a
 vi maris. Nihilū autē consiliū
 fuit ut custodias occiderent: ne
 quis cū enatasset effugeret. Cen-
 turio autē volens seruare paulū
 prohibuit fieri: iussit q̄ eos qui pos-
 sent natate mittere se in mare pri-
 mos et euadere. et ad terrā exire
 Et ceteros alios in tabulis fere-
 bant: quosdam sup ea que de na-
 ui erant. Et sic factū est: ut omēs
 anime euaderēt ad terrā. **xxviii.**

Et cū euasissēmus: tunc
 cognouim⁹ quia uilete-
 nē insula vocabatur.
 Barbari vero prestabant nō mo-
 dicam humanitatē nobis. Accen-
 sa enī pira: reficiebant nos omēs.
 ppter ymbrem que iminebat et
 frigus. Cū congregasset autē pau-
 lus sarmentoz aliquantū multitu-
 dinē et imposuisset sup ignem:
 vipera a calore cū processisset. ina-
 sit manū eius. Et vero viderunt
 barbari pendente bestiam in ma-
 nu eius: adiucem dicebant. Unq̄
 homicida est homo hic. Qui cū
 euaserit de mari: ulao eū non si-
 nit viuere. Et ille quidem exu-
 aens bestiam in ignem: nichil
 mali passus est. At illi estimabāt
 eū in timorem cōuertendū: et sub-
 ito casurū et mori. Qui autē illis
 sperantibz et videntibz nichil mali
 in eo fieri: conūrentes se dicebant
 cū esse deū. In locis autē illis erāt
 predia principis insule nomine
 publici: qui nos suscipiens triduo

benigne exhibuit. Contigit autē
 prēm publici febribus et dissente-
 ria veratū iacere. Ad quē paul⁹
 intrauit. Et cū orasset et imposu-
 isset ei manus: saluauit eum.
 Quo facto: omnes qui in insula
 habebant infirmitates accedebāt.
 et curabantur. Qui etiā multis
 honoribz nos honorauerūt: et na-
 uigantibz imposuerūt que necessa-
 ria erant. Post menses autē tres
 nauigauim⁹ in nauī alexandri-
 na que in insula h̄yemauerat:
 cui erat insigne castorū. Et cum
 venissemus syracusam: mansim⁹
 ibi triduo. Inde aram legentes:
 deuenim⁹ regium. Et post unū
 diem flante austro: secunda die
 venimus puteolos. Vbi iuentis
 fratibz rogati sum⁹ manere apud
 eos dies septem: et sic venim⁹ ro-
 mam. Et inde cū audissent fr̄es.
 occurrerunt nobis usq̄ appi forū:
 et tribus tabernis. Quos cū vi-
 disse paulus: gratias agens deo.
 accepit fiduciaam. Cū venissem⁹
 autem romam: pmissū est pau-
 lo manere sibi met foras extra
 castra cū custodiēte se militē.
 Post tertū autē diem: conuoca-
 uit primos iudeorū. Cumq̄ con-
 uenissent: dicebat eis. Ego viri
 fratres nichil aduersus plebem
 faciens aut morem paternū:
 vinctus ab iherosolimis tradit⁹
 sum in manus romanorū. Qui
 cū interrogacionē de me habuisset:
 voluerunt me dimittere. eo quod
 nulla causa mortis esset in me.
 Contradicientibz autem iudeis

coactus sum appellare cesarem: nō
quasi gentem meā habens aliqd
accusare. **P**roter hanc igitur causā,
rognui vos videre et alloqui. **P**ro
spem eū isrl. cathena hac circum
datus sū. **A**t illi dixerunt ad eū
Nos neq; litteras accepim⁹ de te
a iudea: neq; adueniens aliquis
fratrū nūciavit aut locutus est
quid de te malū. **R**ogam⁹ autē a
te audire que sentis. **N**am de secta
hac notū est nobis: quia ubiq; ei
contradiatur. **C**ū constituissent
autē illi diem: venerunt ad eū in
hospitiū plures. **Q**uib; expone
bat testificans regnū dei: suadens
q; eis de ihesu ex lege moysi et p
phetis a mane usq; ad vesperam.
Et quidam credebant hys que
dicebantur: quidam vero nō cre
debant. **C**ūq; invicem nō essent cō
sencientes. discedebant: dicente
paulo unū verbū. quia bene spi
ritus sanctus locutus est p ysaiā
pphetam ad p̄res n̄ros dicens. **V**a
de ad populū istū: et dic ad eos.
Aure audietis et nō intelligetis:
et videntes videbitis et nō p̄spici
etis. **I**narratū est enī cor populi
hui⁹: et aurib; graūiter audierūt:
et oculos suos compresserunt: ne
forte videant oculis et aurib; au
diant. et corde intelligant. et cō
uertantur et sanem illos. **N**otū
ergo sit vobis qm̄ gentib; missū
est hoc salutare dei: ipsi et audi
ent. **E**t cū hec dixisset: exierunt
iudei multam habentes inter se
questionem. **M**ansit autē biennio
toto in suo conductu: et suscipie

bat omnes qui ingrediebantur
ad eū. predicans regnū dei: et do
cens que sunt de dño ihu xp̄o cū
omni fiducia sine prohibitione.

Explicunt actus apostolorū.

**Incipit prologus sancti iheronimi
presbiteri. in septem epistolas
canonicas.**

Non ita ordo ē
apud grecos q̄
integre sapiunt.
et fidem rectam
sectantur episto
larum septem que canonicē nūci
pantur. sicut in latinis codicibus
iuenitur: quod quia petrus ē pu
mus in numero ap̄lor: p̄ime sunt
etiam eius epistole in ordine cete
rarū. **S**ed sicut euangelistas dudū
ad veritatis lineam correxim⁹: ita
has p̄prio ordini deo nos iuuante
reddidim⁹. **E**st enī prima earū.
vna iacobi: et petri due. iohannis
tres: et iude vna. **Q**ue si ut ab
eis digeste sunt ita quoq; ab in
terp̄tibus fideliter in latinū elo
quiū vertterentur. nec ambigui
tatem legentib; facerent. nec ser
monū sese varietas impugna
ret: illo p̄cipue loco ubi de unita
te trinitatis. in prima iohannis
epistola posita legim⁹: in qua
etiā ab infidelib; translatoribus
multū erratū esse a fidei veritate
comperim⁹. triū tantūmodo vo
cabula hoc est aque sanguinis
et spūs in ipsa sua edicatione ponē
tib; et patris verbis ac spūs
testimonū omittentib;: i quo

maxime et fides catholica robo-
ratur: et p̄s et filij et sp̄s s̄a
vna diuinitatis substantia com-
probat. In ceteris vero episto-
lis quantum a n̄ra aliorū distet e-
ditio: lectoris prudentiae derelin-
quo. Sed tu virgo xp̄i custodiū
dū a me impensius scripture ve-
ritatem inquiris. meā quodāmo-
senectutem iuidorū dentibz coro-
dendam exponis: qui me falsari-
um corruptorezq; sanctarū p̄nūa-
ant scripturarū. Sed ego in tali
opere nec emulorū meoz iuiden-
ciam ptimesco: nec sancte scrip-
ture veritatem poscentibus dene-
gabo. **Explicit plog? Inap̄ eplā**

Aacobus s̄a iacobi apli
dei et dñi n̄ri ihu
xp̄i seruis: duo-
decim tribubus q̄
sunt in dysp̄sione.
salutem. Omne
gaudiū existima-
te fratres mei cū
in temptaciones
varias inaderitis: scientes quod
p̄baao fidei v̄e p̄aenaā opatur.
P̄aenaā autē opus p̄fectū habe-
at: ut sitis p̄fecti et integri. ī nul-
lo deficientes. Si quis autē v̄m
indiget sapientia: postulet a deo
qui dat om̄ibz affluenter. et non
improperat: et dabitur ei. Postu-
let autē in fide: nichil hesitans.
Qui enī hesitat: similis ē fluctui
maris. qui a vento mouetur et
arāfertur. Non ergo estimet ho-
mo ille qd̄ accipiat aliquid a dño.
Vir duplex animo: inconstans

est in om̄ibz v̄is suis. Glorietur
autē frater humilis in exaltaciōe
sua: diues autē in hūilitate sua:
qm̄ sicut flos feni transibit. Ex-
ortus est enī sol cū ardore et are-
fecit fenū: et flos eius decaidit. et
decor vultus eius deperit: ita et
diues in itineribz suis marcescet.
Beatus vir qui suffert temptaao-
nem: qm̄ cū p̄batus fuerit accipi-
et coronā vite: quam repromisit
deus diligentibz se. Nemo cū tēp-
tatur dicat: qm̄ a deo temptor.
Deus enī intemptator maloz ē.
Ipse enī nemine temptat. Unus-
quisq; vero temptatur a concu-
piscencia sua abstractus et illec-
tus. Deinde concupiscencia cum
conceperit: parit p̄cām. Peccatū
vero cū consumatū fuerit: gene-
rat mortē. Nolite itaq; errare fra-
tres mei dilectissimi. Omne datū
optimū et omne donū p̄fectum
desursū est descendens a patre
luminū: apud quē nō est trans-
mutaao nec viassitudinis ob-
umbraao. Volūtate enī genuit
nos verbo veritatis: ut simus
iniciū aliquod creature ei. Sa-
tis fratres mei dilectissimi. Sit
autē omnis homo velox ad au-
diendū: tardus autē ad loquē-
dū: et tardus ad iram. Ira enī
viri iusticiā dei nō opatur. Et
quod abiacentes omnē imūdi-
ciam et habundanciā malicie.
in mansuetudine suscipite iūsti-
tū verbū: qd̄ potest saluare ani-
mas v̄ras. Estote autē factores
verbi et nō auditores tantum.

fallentes vosmetipsos? quia si quis auditor est verbi et non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum naturitatis sue in speculo Consideravit enim se et abiit: et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem prospexerit in lege perfecte libertatis et permanserit in ea non auditor obliuiosus factus sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda et imaculata apud deum et patrem hec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et imaculatum se custodire ab hoc seculo.

Atrates mei nolite in personarum acceptance habere fidem domini nostri ihu xpi glorie. Et enim si introierit in conuentu vtroque vir aureum anulum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste preclara, et dixeritis ei, tu sede hic bene, pauperi autem dicatis tu illic stas, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos, et facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide: et heredes regni quod repromisit diligentibus se. Vos autem exhonoraastis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, et ipsi trahunt vos

ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod iuocatum est super vos? Si tamen legem perfectam regalem secundum scripturas, diliges proximum tuum sicut teipsum: benefaastis. Si autem personas accipitis: peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores. Qui cumque autem totam legem seruauerit offendat autem in uno: factus est omnium reus. Qui enim dixit non mechaberis: dixit et non occides. Quid si non mechaberis, occidas autem: factus es transgressor legis. Sic loquimini et sic facite: sicut per legem libertatis inapientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia, illi qui non faciunt misericordiam. Superalcatur autem misericordia iudicio. Quid perderit fratres mei si fidem quis dicat se habere? opera autem non habeat. Numquid poterit fides saluare eum? Si autem frater aut soror nudi sit et indigeant victu cotidiano, dicat autem aliquis de vobis illis, ite in pace, calefacimini et saturamini, non dederitis autem eis que necessaria sunt corpori? quid perderit? Sic et fides si non habeat opera: mortua est in semetipsa. Sed dicet quis Tu fidem habes, et ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus: et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quoniam unus est deus: bene facias. Et demones credunt: et contremiscunt. Vis autem scire o homo tanus? quoniam fides sine operibus otiosa est. Abraham

pater n...
 tificati...
 luum suu...
 fides e...
 et ex o...
 Et sup...
 Credid...
 putati...
 amicu...
 tis qm...
 mo? et...
 ter aut...
 ex opib...
 end nu...
 Sicut...
 tuu es...
 mortu...
Numquid...
 sumitis...
 mus on...
 offendit...
 rest en...
 corpus...
 ora nu...
 nobis...
 ai ferri...
 ne sint...
 nentur...
 modico...
 tus die...
 lingua...
 est: et...
 tus ig...
 cendi...
 ueritu...
 stituit...
 macul...
 mat v...



pater noster nōne ex opibz iustificatus est. offerens ysaac filiū suū sup altare. Vides qm fides coopabatur opibz illius: et ex opibz fides consummata ē. Et suppletū est scriptura dices. Creditur abraham deo: et reputatū est illi ad iusticiam: et amicus dei appellatus est. Vides qm ex opibz iustificatur homo: et nō ex fide tantū. Similiter autē et raab meretrix. nōne ex opibus iustificata est. suscipiens nūcios et alia via eiciens. Sicut enī corpus sine spiritu mortuū est: ita et fides sine opibus mortua est. *iii*

Nolite plures magistri fieri fratres mei: scientes qm magis iudiciū sumitis. In multis enī offendimus omēs. Si quis in verbo nō offendit: hic pfectus est vir. Potest enī freno aranducere totū corpus. Si autē equus frenos in ora mittimus ad consensuendū nobis: et omne corpus illoz arāferim. Et ecce naues cū magne sint. et a ventis validis muentur: arāferūtur autem a modico gubernaculo. ubi impetus dirigentis voluerit. Ita et lingua modiciū quidem mēbrū est: et magna exaltat. Ecce qntus ignis qm magnā siluam incendit. Et lingua ignis est: vniuersitas iniquitatis. Lingua cōstituitur in mēbus nostris que maculat totū corpus: et inflāmat rotam natiuitatis nostre

inflāmata a iehenna. Omnis enī natura bestiarū et voluarū et serpenū etiā ceteroz domantur: et domita sunt a natura humana. Lingua autē nullus hominū domare potest. Inquietū malū: et plena veneno mortifero. In ipsa benedicim deū et patrem: et in ipsa maledicim homines qui ad similitudinē dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet fratres mei her ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amarā aquam. Nunquid potest fratres mei fias vuas facere: aut vitis fias. Sic neqz salsa dulcē potest facere aquam. Quis sapiens et disciplinatus inter vos: ostendat ex bona cōsuaione opacionē suam. in mansuetudinē sapiencie. Qd si zelū amarū habetis et contēnaones sunt in cordibz vris: nolite gloriari. et mēdaces esse aduersus veritatem. Non ē enī ista sapiencia desursū descendens: sed terrena animalis dyabolica. Obi enī zelus et cōtenao: ibi inconstancia et omne opus prauū. Que autē desursū est sapiencia. primū quidem pudica est: deinde pacifica. modesta. suadibilis. bonus cōsensaens. plena misericordia et fructibz bonis. nō iudicās. sine simulacōe. fructū at iusticie i pace seminatur. facientibus pacem. *iii*

Ade bella et lites in

vobis. Nonne ex concupiscentia
is vris. que militant in membris
vris. Concupiscatis et non habe-
tis: occiditis et zelatis: et non
potestis adipisci. Litigatis et bel-
ligeratis: et non habetis. propter quod
non postulatis. Petitis et non ac-
cipitis. eo quod male petatis: ut in
concupiscentiis vestris insuma-
tis. Adulteri: nescitis quia ami-
cicia huius mundi inimica est dei.
Quicunque ergo voluerit amicus
esse seculi huius: inimicus dei
constituetur. An putatis quia
inimice scriptura dicit: ad iudi-
cium concupiscat spiritus qui ha-
bitat in vobis. Maiorem autem
dat gratiam: propter quod dicit
Deus superbis resistit: humilibus
autem dat gratiam. Subditi igitur
estote deo: resistite autem dyabolo.
et fugiet a vobis. Appropinqua-
te domino: et appropinquabit vobis.
Emundate manus peccatores: et
purificate corda. duplices animo.
Miseri estote: et lugete. Ritus vester
in luctum convertatur: et gaudium in
merorem. Humiliamini in conspec-
tu domini: et exaltabit vos. Nolite
detrahere alterutrum fratres. Qui
detrahit fratri aut qui iudicat
fratrem suum: detrahit legem et iu-
dicat legem. Si autem iudicatis legem:
non es factor legis. sed iudex. Unus
est enim legislator et iudex: qui po-
test perdere et liberare. Tu autem
quis es qui iudicatis proximum.
Ecce nunc qui dicitis. hodie aut
crastino ibimus in illam civitatem.
et faciemus quidem ibi annum. et

mercabimur et lucrum faciemus:
qui ignoratis quid sit in crasti-
no. Que est enim vita vestra. Vapor
est ad modicum parens. et deinceps
exterminabitur: pro eo ut dicatis.
Si dominus voluerit et si vixerim:
faciemus hoc aut illud. Nunc
autem exultatis in superbiis vestris.
Omnis exultatio talis maligna
est. Sienti igitur bonum facere et
non facienti: peccatum est illi.

Hec nunc diuites: plo-
rate ululantes in mi-
seriis vestris que adveni-
ent vobis. Diuitie vestre putrefacte
sunt: et vestimenta vestra a tine-
is comesta sunt. Aurum et argen-
tum vestrum eruginavit: et erugo eorum
in testimonium vobis erit: et man-
ducabit carnes vestras sicut ignis.
Thesaurizastis vobis unum in
novissimis diebus. Ecce merces o-
perariorum qui messuerunt regi-
ones vestras que fraudata est a
vobis clamat: et clamor eorum in
aures domini sabaoth introiit.
Epulati estis super terram: et in
luxuriis enutristis corda vestra.
In die occasionis adduristis: oc-
cidistis iustum et non restitit vobis.
Patientes igitur estote fratres
usque ad adventum domini. Ecce agri-
cola expectat preciosum fructum ter-
re: patienter ferens donec accipi-
at temporaneum et serotinum. Pa-
nentes estote vos. et confortate
corda vestra: quoniam adventus
domini appropinquabit. Nolite
ingemiscere fratres in alterutrum:
ut non iudicemini. Ecce iudex

ante ianuam assistit. Exemplū
accipite fratres laboris et pacien-
cie pphetis: qui locuti sunt ī no-
mine dñi. Ecce beatificamus eos
qui sustinuerunt. Sufferentiam
iob audistis et finem dñi vidis-
tis: qm̄ misericors est dñs et mi-
serator. Ante omnia autē fratres
mei nolite iurare: neq; per celū
neq; per terram: neq; aliud qd
cūq; iuramentū. Sit autē sermo
vester est est non non: uti nō sub-
iudicio decidatis. Tristatur aliq;
vrm̄: oret equo animo et psal-
lat. Infirmatur aliquis ex vo-
bis: inducat presbiteros ecclesie
et oret sup eum. vngentes eum
oleo in nomine dñi: et oratio fi-
dei saluabit infirmū: et alleua-
bit eum dñs: et si in peccatis sit.
Dimittentur ei. Confitemū ergo
alterutrū p̄cā v̄r̄a: et orate pro
iūcem ut saluemū. Multū enim
valet dep̄cāo iusti assidua. Hely-
as homo erat similis nobis pas-
sibilis: et oratione orauit ut nō
plueret sup terram: et nō pluit
annos tres. et menses sex. Et rur-
sum orauit: et celū dedit pluui-
am: et terra dedit fructum suū.
Fratres mei si quis ex vobis erra-
uerit a veritate. et conuerit quis
eū: scire debet. qm̄ qui conuer-
fecerit peccatorē ab errore vie sue.
saluabit animam eius a morte:
et operit multitudinē peccatorū.

Explicit eplā sancti iacobi apli

*Incipit epistola sancti petri
apostoli prima.*

Detrus aposto-
lus ihu xpi: e-
lectis aduenis
dispersionis pon-
ti. galacie. capa-
doe. asye et
bithinie scdm̄ prescenciam dei
p̄ris in sanctificationē spūs in obe-
dientiam et aspsionem sanguinis
ihu xpi. Gracia vobis et pax ml-
tiplicetur. Benedictus deus et p̄r
dñi n̄ri ihu xpi: qui scdm̄ mag-
nam misericordiam suā regenera-
uit nos in spem viuam. per resur-
rectionē ihu xpi ex mortuis. in he-
reditatem incorruptibilem et īcō-
taminatā et īmarcessibilem conser-
uatam in celis. in vobis qui in
virtute dei custodimū per fidem
in salutē paratam reuelari in tē-
pore nouissimo: in quo exultabi-
tis. modicū nūc si oportet contris-
tari in variis temptacionib;: ut
probatio v̄r̄e fidei multo p̄ciosior
sit auro quod per ignē p̄batur:
iueniatur in laudem et gloriā
et honorem in reuelacione ihu
xpi. Quem cū nō videritis diligi-
tis: in quem nūc quoq; nō viden-
tes creditis. credentes autē exulta-
bitis leticia inenarrabili et glo-
rificati: reportantes finem fidei
v̄r̄e salutem animarū v̄r̄arū. De
qua salute exquisierunt atq; scru-
tati sunt pphete. qui de futura in
vobis gracia ppheterunt: scru-
tantes in quod vel quale tempus
significaret in eis spūs xpi. pre-
nūcians eas que in xpo sunt pas-
siones et posteriores glorias: qib;

reuelatū est quia nō sibiipsis. vo
bis autē ministrabant ea q̄ nunc
nūciata sunt vobis per eos qui
euangelizauerūt vobis spū sancto
missō de celo: in quem desiderant
angeli prospicere. Propter quod
succincti lumbos mentis v̄re: sobrii.
p̄fecti. sperate in eam que offertur
vobis graciā in reuelacione ihesu
xp̄i quasi filij obediencie: nō con
figurati prioribz ignorantie vestre
desiderijs. sed scdm eū qui vocauit
vos sanctū. ut et ipsi sancti in om
ni conuersione sitis: qm̄ scriptū ē
Sancti eritis: qm̄ ego sanctus sū
Et si p̄m̄ iuocatis eū qui sine ac
ceptacione p̄sonarū iudicat secundū
vniuscuiusq; opus: in timore iū
latus v̄r tempore conuersamini:
scientes qd' non corruptilibz au
ro vel argento redempti estis de
vana vestra conuersione paterne
tradicionis. sed precioso sanguine
quasi agni incontaminati et im
maculati xp̄i: p̄cogniti quidem ante
constitucionē mūdi. manifestati
autē nouissimis temporibz p̄pter
vos qui per ip̄m̄ fideles estis in de
o: qui suscitauit eū a mortuis. et
dedit ei gloriā ut fides v̄ra et spes
esset in deo. Animas v̄ras castifi
cantes in obedientia caritatis. in
fraternitatis amore: simplici ex
corde iuicem diligite. attenans:
renati nō ex semine corruptibili.
sed incorruptibili per verbū dei
vivi et p̄manentis ieternū. Quia
omnis caro fenū. et omnis glori
a eius tanq̄ flos feni. Exaruit
fenū et flos eius decidit: verbū

autē dñi manet in eternū. Hoc
est autē verbū quod euangeliza
tum est in vobis.

